FRANCISC SATORRIS

SACRIFICI BALAGARIENSIS TRAGOEDIA DELPHINVS.

VINCIT OMNIA AMOR



BARCINONE.
PVD CAROLVM AMOROSVM
IDIBVS IVNIIS ANNO
A CHRISTO NATO
M. D. XXX
XIII.

ANNES IVELLAR PYRPI NIANENSIS ERVDITO LECTORI. S. D.

NON te fugit humanissime Le[ctor] qu[am] miro rerum nouarũ desiderio ho[mi]ne[s] teneantur, ij maxime qui perpetuo o[tio] Contabescunt, quibus non nihil in p[rae]sentia ex uoto successit. Siquidem habent hanc t[ra]gœdiam Delphinum, in qua facile deprahenden bellum atrox in Ruscinone a Gallis modo gestu sed in auspicate, ut cætera. Opus mehercule ut [...] cẽs excogitatũ, ita doctum sententiarũ & uerbor a ornatissimum. Nec te cum Illis pœnitebit [...] lector aliquot horas in eo legẽdo collocasse uto aliud relaxãdo animo aptius inuenias, pe [...]nda enim carminũ uarietate, Lepidissimis di[c]munctissimo uerborum delectu, grauissimo ar[gu]tento neminem non delectat, quibus Satores Se[...]am nostrum, & Euripidem Græcum accuratis simẽ secutus est. Quare per leges æquo & præsen[t]i animo, cuius te nulla capiet pœñitudo. Bene uale amantissime lector Barcinone Idibus maijs anno a Christo nato. M. D. xxxxiij.

IOANNIS FRANCISCI CRO[...]S PYRPINIANENSIS IN [L]AVDEM AVTORIS EPIGRAMMA.

Et linguæ latiæ cupis lepore,
Et mentem, ac animum simul refectum?
Aures dulcisonis tuas camœnis
Demulcere, nouaq; lectione.
Pro uoto cecidit tibi. Salorris
Perdocti tragici en opus uenustum.
m, lepidum eruditum:
Iucundu
Sic ut non dubites
Eiurare Iouem, ni
Nobis nobilius, m
Lectu: temporibus
Priscis ingenijs eruntur acri.
Quid uerbis opus est? putes Poetæ
Huic dictasse deas (quibus potestas
Fontis Castalij,) tibi libello
Hoc quicquid breuiter dedit legendum.
Qui, siquid Genius potest, profecto
Dum uatum fuerit decus, legetur
i ergo delitijs meris legendo,
Et quæris latiæ lepore linguæ
Et mentem, ac animum simul refectu
Aures dulcisonis tuas camœnis
Demulcere, nouaq; lectione.
Pro uoto cecidit tibi: quiesce.

Pauli Malleoli in cõmẽdationẽ autoris.

Intima si properas linguæ penetrare latinæ
Siue uoles multo carmina culta sale

Opus si unquam docte formare tenellam,
Barbariemq; omnem gestis habere procul.
Hunc age feruenti studio lege quaeso poetam,
Qui tibi perlepidum condidit istud opus.

Personae tragoediae.

Hispani.

Io. a Cunia.
Pro Comes I[illegible]
Io. Cerue[illegible]
Aluaru[illegible]
Ant[illegible] M[illegible]
Be[illegible] Morenu[illegible]
[illegible]edictus
Ber. Albertus.
Vita. Grimaldus.
Thomas Lubianus
P[illegible]
[illegible]us [illegible]pianus.
Dauidus.
Michael Iuel[illegible]dr.
Villanora.
Maxi[illegible]a.
Bezerra.
[illegible]ellochus [illegible]raeco.
Ber. Finosi[illegible]us.
[illegible]Miles.
Ch[illegible]rus Pyrpinianidum.
[illegible]orius Pirpiniae.
[illegible]us Augustinus
[illegible]amus

Galli.

[illegible]alli
[illegible]a.
[D]elphinus
[D]ux Aurelianensis
Praefectus Galliae.
Mompesachus
Chorus.
Seniciori duo.
Violete.
Vignachus
Praeco.
Speculator.
Vmbra Rinchonis.
Vmbra Fregusti.
Rincho.
Fregustus.
Charon.
Magus.
Bernardinus.
Nuncius.
Ruscino Nympha.

Iosephus Iuclar Castulo candido lectori. S. D.

FRanciscus Satorres Balagariensis vir doctrina, tum maxima præditus prudêtia Delphinum tragœdiam composuit, quã miro, ornatu, mira Atticana facundia sit ædita scripto uix significare possem. Sed tu re ipsa cognosces, ac dices mihi hæc tragœdia placet, ac omnibus uiris latinis arrisuram spero quam maxime. Certe personarũ leges circa habitum, ætatem, officium, partes agendi in nullis melius, q̃ in ista obseruatæ sunt, hæc cum artificiosissima habeat, etiam illud præcipue habet, quod nec uerbosa, nec nimis sit breuis. Nam affectus sic in ea temperati sunt, ut nusq̃ in historiã transiliat, hoc item præcipuum habet, ut neq; auijciatur in histrionicã, nihil in ea præterea abstrusum, aut quod ab historicis sit requirendum. Illud quoq; mirabile est in ea, quod non ita misceantur personæ ut obscura sit earum distinctio, ita miro ordine, mira arte conposita est, ut nihil supra. Bene uale lector candidissime. Barcinone Idibus maijs anno a Christo nato. M.D.XXXXIII.

Ad eundem exastichon.

Prælia si cupias Delphini noscere Galli.
Prima, leges tragica nempe notata phrasi:
Prælia gesta modo, leguo modo scripta Satorri,
Queis dices lector mundius esse nihil.
Inuentum Euripidis, Senecæue fatebris esse,
Sic graue, sic doctum crede Satrris opus.

Heroi Iodni a Cunia Ma[b]
pud Ruscinonenses & Ceritanos Ca
sarianorũ primario Franciscus Sa
torres Balagariensis sacrificus
S.D.

TAnta est enim Beneuolentia, tantaq; tuorum erga me meritorum magnitudo Imperator Magnanime, ut qui tuo regio in me animo facere satis poßim, nesciam. adnitar tamen pro uirili aliquid effectum reddere, quo item meum erga te animum omnes quam testatißimum habeant. Quare tragœdiam Delphinum tibi dicatam uolui, quam inter tuorum maiorum ornamenta repones quibus cum rebus praeclare gestis contendere potes. Sed antequã ederetur, egimus Pyrpiniani te praesente quam omnium laude, praedicatione, festiuoq; plausu Dignã Christo gratia intelleximus. Velit Christus optimus Maximus nostra Cœpta secundare, ut posteritas utrumq; aliquandiu uixiße cognoscat Bene uale mi Lẽtule & Mecœnas Maxime Pyrpiniani quinto idus Februarias. Anno a Christo nato M.D.xxxxiij.

Delphini Argumentum.

Franciscus Valesius
Gentis dominator Gallae,
Rinchone & Fregußo caesis
Multas clam parat copias
Pacem pergratam adsimulans.

Crebris ad Cæsarem litteris
De pace seruanda missis.
Cunia Mompesachi scriptis,
Vt Cæsar regis, capitur.
Delphinus exercitus
Imperator Ruscinonem,
At Dux Aurelianensis
Incautam item Flandriam
Ducis Cliuensis fretus
Veteranis manibus
Atrocissime Inuasit,
Neutri tamen Mars fauit.
Obtruncatur Violetes,
Vignachus Delphino charus
Pugnans equo deiectus,
Dum hasta premitur, Capitur
Tormenta aliquot clauiculis
Inutilia fiunt.
Illatis acceptisq; multis
Vicissim incommodis,
Galli Clairanum Redeunt,
Hinc antiquam Narbonem.
Pyrpinianenses hoste
Abeunte, lætitia
Pœne desipiunt ouantes.
Ruscino interea
Lamentatur in syluis,
Matre solante Venere.

Francisci Satorris Sacrifici Belagariensis
Delphinus:
Nuncius. Rex. Delphinus. Dux
Aure. Præfectus.

Nun. Salue in æuum Rex & maxime Princeps
Regni huius, opibus, belloq; potentis.
Adsum tibi ferens Nuncium,
Proh Iuppiter, non quale uellem o Rex,
Nec quale sperabas mali nihil cogitans.
Infaustus ipse infœlicia nuncians,
Pro gaudio, dolorem anhelans porto.
Falsi tamen nihil nuncio.
Rincho o Rex, nec non Fregussus,
Quos miseras Venetiam dudum,
Padi per undas nauigantes
Sunt hostibus dolo insidiantibus,
Miserrime noctu capti.
Quo adducti aut ubi seruat hostis,
Scit nostrum adhuc nemo,
Nec quiuit ulli hoc sciri.
At qui supersunt. rem gnauiter curant.

Rex. Haud gratus aduenis, tamen nihil moueor.
Rincho, & Fregussus multus est in nostra aula.
Sed tu redi Taurinum iter uorans,
Hæc referes mandata Præfecto,
Curæ sit mihi inuentos dari
Quos miseram oratores,
Caute id tamen, mature at istud.

Nun. Ego uero ac libens pegasœo gradu

Hinc ibo, & uorans uiam qu... ...x redibo.

Rex. *Vos hinc alio concedite.*
Soli quando hic sumus regni quibus
Summa est cura nostri
O nati, queis cordi meo chari⁹, dulciusue est nihil.
Et tu ditionis nostræ Præfecte,
Quo aliberis unq̃ amantiorem habui neminem,
Nec fidum magis, nec taciturnitatis maioris uirũ.
Vsq̃ terrarum reperiri posse per ... arbitror.
Pretium operæ duco, si tanta de re deliberemus.
Scis Præfecte quo ijs æuo grandior es,
Vt semper fuerim pacis, æquiq; obseruantissimus,
Litium fugitans, discordiæ hostis infestissimus,
Belli osor, & religionis defensor maximus
Meorum maiorum more, ut nosti, nunq̃ non uixi.
Siquando bella gessi, D... testor, inuitus gessi.
An non licet armis repetere quod armis ereptũ?
Præsertim cum legibus illis hoc fieri nequeat.
Et quæ lege mihi, meisq; obueniunt bona,
Si legibus nequeam, nonne fas ui eripere?
Id factitasse Cæsares o[m]nes constat,
Reges, Principes, etiam priuatos quosq; homines.
Trãseo Põtifices, quos ... morbo laborasse scim⁹
Perpetuo tñ seuas pu...as, & bellicos tumultus.
Et pessime odi, & qu... potui, semper fugi.
Quoties Mercurios, & regni Proceres misi
Gratæ incundæ pacis ...tia.
Damni immemor Pr...cialis,
Massiliensis obi... ...lionis,

Vt mpostus quiescerem,
Carolum Cæsarem Quintum,
Coniugis fratrem, hostem perpetuum
In aquis festijs humanißime recepi.
Me ouē Lupo cōmisi, cum illius in biremem conscendi.
Nihil mali suspicans miser.
Flandriæ urbs prima, Cæsaris natale solum
A Cæsare deficiens, cum mihi se se dederet,
Deditionis ad me literas dedit,
Quas illico ad Cæsarem misi,
Amoris argumentum non paruum.
Patriam seruaturus per Galliam iter fecit.
Quam morigera, & beneuola Gallia fuit,
Quam omnibus incesit lætitijs
In eius aduentu, nescit nemo.
Verum quid soror? nulli ignota loquor.
At modo talibus meritis, ut solet, mala rependit.
Audistis nuncium haud quaquam lætum.
Belli hæc sunt primordia, & causæ non paruæ.
Quis quæso fert hæc? quis adeo tam patiens.
Quis usq; adeo nominis contemptor est,
Quin moueatur tantá ad fectus iniuria?
Quare agite natiq; Præfecte,
Quod in rem nostram pertinere uideatur,
Præsenti animo pronunciate.

Delphi. Hoc rei Pater [illegible], & tacitur nitatem tuorum,

Arma, animos, infractas uir[illegible].
Dolos, industriam, Belli peritiam,
Ficta pectora, simulataq; uerba,
Auri aceruos, tormenta multũ q; uictus postulat.
Parandæ sunt nobis clauculum copiæ.
Adoriamur astu in cautum hostem.
Cæsar uapher est, nisi uaphritie caperet nemo,
Qua ille multum ualuit aßiduo.
Hac si destituamur id dedecus rescindemus nunq̃.
Testis est Christus, coacte nos arma capescere.
Quando enim pacem Bello non prætulimus?
Quãdo horrendos armorũ crepitus nõ uitauimus?
Quando futuras bello strages nõ detestãti sumus?
At nunc gentis nostræ quies, honor duro marte quærendus.
Ibo in aciem & quidem primus omnium.
Tu pater consilio, ego uero uiribus rem agam.

Dux. Aurel. Ex quo ab Hispania in Galliam reuersus,
Vbi cum fratre pro te pater obses detinebar,
Caroli in nos mentem male sum interpretatus,
Et ab isthoc uiro nobis semper cauendum dixi.
Dibaphum cogitans, blande loquitur.
Cum pacis fœdera poscit, bellum minatur.
Tu pater phaleratis eius uerbis fidem habens, caperis.
Ego pater fratris consiliũ laudãs, idem polliceor.

Pre. Ingẽtẽ habeo gratiam, quod mea muneris functio
Apud te Rex Christianißime grata semper fuerit,
F[illegible] quod me continue tuis cõsilijs intimũ uoluisti.

Quæ ad mutuam attinere putabo, dicà paucis Rex.
Quam concordiæ & Christianæ charitatis amator extiteris,
Cum inferi, tum superi testari possunt.
Bellis, reluctante animo iniuria lacessitus
Modo Italos, modo Flādros, modo Hispanos male mulctasti.
Nuper quo oscitantius omnes tui ageremus,
Cum callido Cæsare decennij
Inducias inijsti,
Pontifice Paulo huius nominis tertio,
Perlepidæ pacis autore.
Ast ille homo uersutus,
Inuiolandum fœdus turpissime rupit.
Proh Christe nusquam gentium tuta est fides.
Nusquam religio, cui fidas, cui credas, nescis.
Alexander Philippi, & Romani ueteres
Bello orbe pacato, otium sibi pararunt.
Carolus noster coguomento Magnus
Christianismi quietem armis quærebat.
Turbulenta tempora tranquilla sequuntur.
Vt efferbuit, componitur pelagus.
Prælia inquam Rex otium sequitur.
Nec alia uia superabitur hostis,
Sed ut Delphinus sentit, astute,
Nam uulpes arte sua capitur.
Rex. *Sapienter tu hæc quidem Delphine ut omnia;*
Callidissimum dedisti consilium,
Quod frater, & Præfectus approbant,

Quorum sententiæ atq; tuæ subscribo.
Sed hæc alias multo consultius.
Interea Ju- -um Cæsare pacti sumus
Apud Nicæam, sereno uultu adsimulabitis
Nos minime uiolatu.
N- -q; mali Rinch- -oni, Cæsariq; Fregußo acci-
-am alio uos conferte consilij memores,
Nam me alia expectant negotia.

Cha. Charon Vmbra Rincho. Vmbra
Quas ad me umbras recta adire uideo?
Vt grauitatem præseferunt.
Vt mœstæ, ac querulæ incedunt.
Ni fallor, inauspicato huc descendunt.
Per stygiam, cuius numen iurare timeo
Vereor ne nostra cymba nau fragium-
-am futilis, & rimosa multam accip- -aludem,
Propterea quod nō licet uel aliquātisper ab officio
cessare,
Quam iampridem aptatam oportuit.
Vm. Rin. Stygij lacus portitor Charon,
Liceat tua nos uehi carina.
Cha. Habetis quem porrigatis ore trientem,
Vm. Rin. Nō. nam hostibus obtruncati decessimus,
Nec uacauit teruntium ab hoste impetrare.
Cha. Est igitur errandum per has salebrosas ripas.
Lege Plutonia annos centum.
Vm. Fre. Dic quæso senex obseruantißime,
Nullan generis ratio?

Nullan rerum gestarum gloria?
Nullan corporis? animiq; olim uirtus?
Nec Galliæ Regis fauor?
Nec amplæ diuitiæ?
Nec tanti lucri sp nostri causa tibi oborta?
Nec in patriam pietas
Nec quæ mittentur munera,
Si fato iterum debentur nobis corpora,
Te maximum diuum mouebunt?
Nullo horum moueor, me sola pecunia flectit
Fata deum immota manent.
Frustra me remoramini.
Iam nauim, ut intelligo, resartam oportet.

Vmb e. Qui manes sunt illi Charon
Qui turmas cogunt? Cha. Hispani.

Vmb. h c quia etiam hic castrametari illis datur?

Cha. Datur sed alio modo atq; superis,
Nam his, uictu, armis, equis, nauigio, machinis, nihil opus.
Ast illis, si hæc desint, pacem esse dixeris.

Vmb. fre. Recte tu, uerum quorsum turmatim incedunt?

Cha. Vt se mutuo solentur.
Præterea uos hostes antiquos norunt.

Vm. Rm. Quid? hic etiam timendus hostis.

Cha. Minime, sed ueteris moris
Nonnunq; uestigia seruant.

Vm. Rin. Qua nota animæ discernuntur?

Cha. Gentis suæ idiomate,
Namq; spiritus umbræ sunt.
Vmb.Ri. Complures ergo Hispanis Gallos,
Et Gallis Hispanos permiſtos credo.
Vmb.fre. Quid de Italis, Germanis, Scotis, Vngaris, Britannis censes,
Qui alienam linguam æmulari callent?
Vmb.Ri. Idem conijcio Char. ita se res habet.
Vmb.fre. Hæ Hispanæ copiæ quem ducẽ sequuntur.
Cha. Borbonem Gallum Vmb.fre. illum profugum.
Cha. Illum profugum uobis fortuna parem.
Vmb.fre. Ita nos pluto, & pulchra Proserpina
Seruatos uelint,
Miseret nos eorum sortis tam infaustæ,
Tametsi nostræ satis tædet.
Ita Cæsar tãti Ducis, ac militũ uirtutis inmemor?
Qui Franciscum Galliæ Regem,
Sumũ pontificem Clæmentem Medicen,
Gallæ, atq; Italæ gentis bonam nobilitatis partem,
Roma urbium prima expugnata, aperto perunt.
rõ. ~~Hui in uiuo Principe defuncti memoriam~~
Fernandus Gonsales quem corduba gen
a latio Gallis,
Vt Pompeius, magni Ducis agnomen me
Antonius a Leuá
Suo item merito Cæsarianorum
Principem locum tenuit.

Attan lum transiſſet
Noſtra carina,ſi ut illi,
tq; uos,cruenta morte
Abſq; teruntio uita deceſſiſſet.

Vm.Ri. Od eplorandam mortalium amentiam.
O uanos hominum adſectus.
O ſtultas humanas mentes.
Vbi nunc noſtri laboris præmium?
Qui totles in Aſiam nauigauimus
Ad Turcarum Imperatorem
Per tot rerum diſcrimina;
Per tot uarios caſus,quos fugere tandem,
Vt uiſum ſuperis,non potuimus.
Vbi nunc fides noſtra a Rege tam ſæpe cõmẽdata?
Vbi illa cum Rege priuata familiaritas?
Vbi illa Regis in nos uerba magnifica?
Vbi amor?ubi facti memoria?
Vbi piacula noſtri cauſa Freguſſe?
Vbi ſacra?ubi aris oblatum argentum?
Vbi ſulphura?tædæ?ubi humida laurus?
Quibus luſtremur Freguſſe?
Omnia Rincho nobiſcum pereunt.
Verũ ſupſtites ſunt liberi,& chariſſima cõiux
Qui ſolennes exequias curabunt,
Et funus inſtaurabunt,
Inferias & quæ anniuerſaria uocant,qu
Non exiguo ſumptu nobis dicabunt.
Sub hæc,noſtra poſteritas
Regem orabit,ut a Paulo

Pntifice tertio impetret
Omnium erratorum ueniam,
Quod facile fiet spero,
Quoniam amicissimi sunt.
Ad summam diploma aliquod
Preciolo redimetur,
Quod mortuorum Bullam adpellant,
Nam uolet, scio, qui hæc potest,
Cui Elisij campi claues
Concredidit Iuppiter,
Quem claudit, & aperit, cum uult,
Hoc Portitore inuito.

Vm.Rin. Intelligo, at nos interea perimus.
Cha. Abite, ne mihi amplius molestæ sitis,
Nam mihi multũ de lucro decidit uobis rogãtibus.
Vm.Rin. Quonam abire Iubes Charon.
Cha. Quo lubet. Vmb.Richo. secedamus aliquo Cæsar
Ab erratica turba, ut solæ simus.
Heu nos miseras, heu fatum ineluctabile,
Quæ tot comitum caterua stipabamur,
Quibus Regia uix sufficiebat.
Sed quid agas? quando sic uoluunt parcæ,
Quibus cedere, necessum est,

Rex. Delphinus. Dux. Aure. Præfectus.
Chorus, Magus. Fregussus.
Rincho.

Rex. Miror equidem, hoc tantum facinus cælari poss[e].

Cum nihil tam difficile, quin quærendo, inuestigari
possit.
Ratio de integro nobis ineunda est.
Quare accersi iubeo Magum quempiam,
Qui carmine reuocet ab inferis
Rinchonem, cum Fregusso.
Seu forte uitam cum sanguine fuderunt,
Seu tenebroso in carcere detinentur.

Delph. Pater uno omnium ore interempti sunt
A marchione Cæsarianorum primario,
Sed rumor est, præterea nihil,
Nec dubium, magia quin hoc sciri possit.

Dux. Au. Tam obtruncatos, quam me uiuere Pater certo scio,
At Magi opera cognosces.

Præ. Dispeream Rex si nati tibi non prædicant uera.
Quippe qui multa me id credere cogunt.
Verum age, experiatur carmine Magus.

Cho. Quando tuorum industria resciri non potest,
Quid illis contigerit Rex,
Inuentum tibi curabo Magum,
Cui fidas, cui credas tuto.

Rex. Abi, iam mihi inuentum curato.
Proh Iuppiter o scelus animaduertendum,
Quis cœlū, terrā, & maria Neptuni nō misceat?
O flagitiosos, o nequam homines,
O illos miserrimos infausto Sydere natos

Cho. En tibi maxime Regum, qui aurea sydera sentit,
Qui uarios auium garritus,
Latratus canum, gemitus luporum,

Trepidus Bubo, quid Strix nocturna querunturs,
Quid stirdeant, ululentq; feræ,
Horrifer quid sibilet anguis,
Quid dolext illisa cautibus unda,
Tremulos syluarum sonos,
Et qui ruptæ nouit tonitrua nubis,
Qui [illegible] cantu reuocare ad cadauera manes;
Quoties iubet, cogit exaudire uocatos
Mille Rerum facies ob oculos
Monstrabit Rex, si illi per te liceat.

Rex. *Rinchonem, & Fregußum tantum*
Huc reuocatos uolo.

Mag. *Vt iubes, faciam optime Regum.*
Sed opus omnibus infractum pectus.
Nam ab Orco mæsti, pallidi, tetri redibunt,
Et multum mutati ab illis qui fuerant olim,
Si illuc miseri traducti sunt.
Herbis, & uerbis utar,
Perq; cauas terræ, quas fecero, carmine rimas
Manibus illatrabo, Erebiq; silentia rumpam.

Magi. Carmen. *Eumenides, Stygie lacus, Cocyte,*
Tacitæ Acherontis aquæ,
Phlegeton, pœnæq; nocentum,
Chaos, & quæ matrem perosa Persephone,
Inferni ianitor Cerbere,
Iam laßate senex Charon,
Repetitaq; fila fracturæ Sorores,
Pluto, Rhadamanthe Minos,

Nunc meas exaudite preces.
O numina magna uocanti annuite,
Sacrifico uestro parete precanti.
Tysiphone, Alecto, Megæra,
Crudeles inferni canes,
Cur nō agitis flagello
Sæuo, per inane Tartari
Infortunatas animas?
Ceßatis, an ille compellandus erit,
Quo uocato, terra tremit,
Qui Medusam cernit aperte,
Qui uerbere suo uos trepidas castigat Erinnes
Demogorgon Pater Diuum?
Non in Auerno latitantes,
Aßuetasq; diu tenebris,
Sed modo lumine caßas
Descendentes animas posco,
Primo quæ in pallentis hiatu
Hærent ad huc miseræ orci.
Sinite has exaudiant cantatas herbas,
Ad nos rediture semel,
Vt retegant nostro Regi scelus omne,
Venturaq; fata canant.
Vt pauidi reuocatos a faucibus orci
Conspicitis, ponite conceptos mente timores.
Iam noua, iam uera reddetur illis uitæ figura,
Vt quamuis timidi poßitis audire loquentes.
Quis timor metuentes uidere manes?
Vox istis, linguaq; tantum Princeps

Responsura co .
Heu miseri ut pallent,rigentq́;.
Vt stupent illati mundo.
Agite,ne parcite precor.
Date nomina rebus.
Date loca.date uocem
Quæ mecum fata loquantur.
Quid mœsti?quid flentes circunspicitis?
Quid statis attoniti?
Quid uox faucibus hæret?

Freg. Taurini ad pontem cymbam conscendimus,
Venetiam Padi per undas nauigaturi.
Postera luce cum Vesper olympo
Clauderet diem,ripæ
Padanæ appulimus miseri.
Insidiarum ignari
Ab hoste in fluuiatili sylua latente,
Infœliciter capimur.
Vbi occide,occide,hostilis uox
Audita est nobis,repente
Gelidus sudor per ima ossa eucurrit,
Stetit coma.uox faucibus hæsit.
Nec quid consilij caperemus,uenit in mentem.
Mox ad unum trucidatos
Padi mersere sub undas
Ingenti collo alligato pondere.
At hostem de facie neuter nouit,
Nec per inuisa noctis
Intempestæ silentia licuit.

Hic finis nostri, c[illegible]m hic locus est
Cætera Rincho referet
Nostri consors semper mali.
Rinch. Tristia Parcarum stamina,
Colum, fusum, cultrumq; non uidimus
Acheronthea reuocati ab aggere ripæ,
Hoc tamen e cunctis umbris
Nobis cognoscere contigit.
Effera christianos discordia manes
Agitat, infernam ruperunt arma quietem.
Elisias alij sedes,
Alij tristia tartara,
Diuersi diuersas liquere duces
Inferni sedes belli furore frementes.
Quid fata uelint, ipsi præsetulerunt.
Horrifer fœlicibus umbris uultus erat,
Ast infaustis truculentior.
Vidimus Carolum Magnum,
Bissenos Galliæ Patres,
Autrechen, Abridum, Lansonem,
Dominum Narbonium,
Bernardinum Pyratam famatissimum,
Petrum Cantabrum, Vrsinos,
Fregussos, Iouianos, Pepulos,
Feroces uidimus Guelphos, & Gebilinos,
Medices Florentinos
Quos ducit Pontifex Clæmens
Iniuriæ ueteris memor,
Alia de parte, truces

Ac multa minantes Hispanos
Ad superos properare
Celeri gradu, uidimus
Prudentem Fernandum *Regem*
Perpetuo uictorem,
Magnanimum Albæ *Ducem,*
Astutum Leuiam,
Magnum Gonsalem,
Ræmundum Cardonium, *Columnas,*
Maluisios, Adornos,
Hugonem a Moncada, Portundum,
Marchionem Piscariensem,
Illumq; audacem uidimus Borbonem
Galliæ appetentem regnum,
Innumerosq; alios uidimus Duces
Cogentes Manium turmas.
AEt[illegible]is *Calibum nodis,*
Et tetro Carcere Ditis
Constrictæ plausere animæ.
Elisios campos poscit
Iam multa turba nocentum.
Regni dominator nigri
Pallentes aperit sedes,
Abruptos scopulos asperat,
Frigidiores glatie
Montes, uálles, flumina,
Et durum uinclis adamanta,
Atq; alia supplicia
Futuro uictori parat.

Referes hæc solatia
Tecum o maxime Princeps.
Placido manes, patrem, natos, domumq;
Expectare sinu, campisq; piorum.
Nihil breuis uitæ teneat,
Rogamus tanta cupido.
Venit quæ miscebit dies
Omnes undiq; duces.
Properate bello mori,
Quo pulchrius nihil creditur.
Nam uos iam lux ultima uocat.
Ludouicus diuorum unus,
Qui maioribus præluxit,
Incertus quo uos uocet, unde repellat,
Aut quas iubeat terras,
Aut quæ sydera mundi fugitare.
Europam miseri, Lybiamq; timet:
Vna superest Asia,
Qua tutius nihil in orbe uidebitis.
Sed age tu qui nos reuocasti ad auras uitales,
Fac nos iterum mori,
Nam plus satis reuiximus,
Hosq; duces tantos ignaui remoramur,
Mag. *Parcæ iterum precor, secate filum,*
Nam per me licet rursum inuisere manes
Hos uiros graues, magnos quondam duces
Cerbere, Eumenides, Pluto,
Proserpina, Cereris proles,
Portitor magne Charon,

Phlegeton, Styx, Acheron, C...yte, δ 5
Inferni quoq; iudices
Hos læti sereno recipite uultu.

Rex. Magna quidem quæ narrarunt,
Sed incerta omnia puto.
Tu Mage foras exito,
Qui digno munere a me donaberis.

Mag. Vale Rex, omnia tibi
Christus optimus maximus
Fœlicißime uertat.

Rex. Delphinus. Dux Aure.
Præfectus. Chorus.

Rex. Nisi cauemus, nisi astu
Isthæc nobis prouidentur,
Perimus, fuit Gallia,
Et ingens gloria Gallorum,
Ac nouus nostris succedet sedibus hospes.
Delphine iam bella para,
Rauca ubiq; crepent tympana cantu,
Et tremulam audiant fistulæ uocem,
Necesse est equos tubæ clangore moueri.
Multos conscribe duces
Veteranos, atq; Tyrones:
Centuriones, Præfectos,
Tormenta, belli machinas,
Atq; etiam quibus fidas, exploratores.
Nam Cætera ipse hinc sufficiam,

Hinc Venetiæ Proceres,
Hinc latij.hinc Germaniæ Optimates,
Hinc Turcam magnum Asiæ regnatorem
Atq; bonæ partis Europæ
In nostram factionem
Literis,auroq; flectam.
Quid enim non auri sacratissima fames
Hominum pectora cogit?
Dic te Mediolanum expugnaturum,
Tu tamen recta Ruscinonem adibis,
Vbi Pyrpinianenses diu oscitantes
Insperato exercitu opprimes
Par pari,ut dicitur,referens.
At tu Dux uicinos Flandros
Cruento Marte sollicites.
Cunctantes ducite exercitus,
Modo huc,modo illuc,ne hostis
Quo uos tenetis iter,sciat.
Neu sit illi tempus ad excogitandum.

Delph. Ego uero lubenter tuis
Dictis parebo pater.

Dux. Mos gerundus est tibi Pater.

Aure. Nec senties usquam operam meam tibi defore.

Rex. Sed uos aurum colligite,
Victus,& quæ bello idonea parate.
Facite ut in officio
Noctu,diuq; omnes sitis.

Præse. Ego uero Rex pro mea uirili
Rem diligenter curabo.

Cho. Nec me ab officio ceßare
Dices Rex potentißime.
Rex. Ita confido, ac spero,
Verum accurate ut omnia
Fide, et taciturnitate.

Delphinus. Dux. Aure. Rex.

Delph. PAter, ut iusti, fecimus.
Habemus paratas copias.
Apud Taurinum relicto præsidio
Pedemontanas phalanges
Cum Germanis accersiuimus.
Mompesachum exercitui præfecimus
Virum, ut scis, callidißimum,
Tormen. .xuictusq; Narbonem misimus.
Ruscinonenses, ut ab exploratoribus
Accepi, nihil belli timent,
Nec gnauius solito
Pyrpinianum muniunt,
Quare inopinantes captum iri
Ludouico propitio confidimus.
Eia Pater Porge dextram
De more osculaturis
Natos patria manu
Crucis signo munito.
Precare nobis fœliciter
Neoptolemis sinctutis.
Dux. Ego item Pater tibi morem geßi,
Nam Ducis fretus Cliuensis

Cohortibus ueteranis,
Quas erat in Cantabriam traducturus
Incautos Flandros adoriar,
Quare age Pater, da dextram,
Da nobis augurium fœlix.

Rex. *Vos laudo, & mihi beneuolos,*
Morigeros, ac studiosos iudico,
Vt qui illico imperio paruistis meo.
Nati hac luce mihi chariores
Non recusabo dextram iungere dextræ,
Vos patria charitate Marti dico,
Bellonæ, Ludouico, dijsq; omnibus
Hinc consecratos uolo.
Vestris cœptis fortuna mater respondeat.
Auspicemini filij
Secundiore omine
Hoc tantum bellum deum oro,
Quam ego hactenus, cui fortuna semper nouerca.
Nec profuit illi sæpe caput demulcere,
Nec aras erigere.
Sed quid agas, inuitis Dijs?
Ite iam bonis auibus
Melioribus redituri.
Christus optimus Maximus
Vestra cœpta secundet.

Precatio. *Christe omnipotens qui prece moueri*
Soles & qui mortalia respicis
Respice natos iusta bella mouentes.
Da Pater auxilium,

Animos, uiresq; suffice.
Christicolas omnes, in Hispana sucites arma,
Vt parto tandem exultet Gens Galla triumpho.
Annue Magne Pater Diuum,
Namq; optata mundo pax inde nascetur
Claudentur Iani portæ.
Hospes fuerit ab hospite tutus.
Late per agros armenta pascentur
Tuta paucis custodibus.
Domorum incendia nulla.
Furta nulla, sacrilegia nulla.
Nullæ erunt cædes, & uirginum stupra.
Nullus redimetur captiuus.
A pace nusq̃ præda fiet.
Redibunt Saturnia Regna.
Aurea per te nobis instaurabitur ætas
Magne sator hominum,
Atq; Deum, & magni Regnator olympi,
Qui cuncta potes, qui uerbo omnia facis.

Delphinus Mmopesachus.
Chorus Semichori.

Delph. TVton satis castrametati sumus
Chore. Cho. maxime tuto.
Nihil est quod timeas hispana tormenta,
Magnum est enim loci interstitium,
Nec habet hostis bombardas nostris similes.
Momp. Accessi proximus oppido

Multa comitatus equitum turba.
Bis circum mœnia iter feci
Expertus quibus ex locis lædi poßimus,
Intellexi nihil pericli hoc loci fore.
Cho. Postq̃ suis acies ordine locis
Compositæ fuerint,
Et castra septa fragili cespite circum,
Ligonibus proscindi terram iubebo,
Quo tutior ad muros fiat acceßus.
Fuit oppido egreßis deserti Lazari templum.
Hic hostis compacti roboris arcem
Attolli cœlo ingenti mole conatur,
Cui contra, tumulum Natura opposuit.
Ad portam item Elnensem monticulus prominet.
Vnde extructo aggere ualli
Tentandos hostes censemus.
Neq;, ut speculatores consentiunt,
Expugnari facilius alibi
Pyrpinianum ualebit.
Momp. Recte mones, nec uspiam aptior est locus
Nam uallibus imis instructæ latebunt acies.
Hinc agmina quoties tempestiuum
In hostem effundi poterunt.
Vos Semichori animis aduertite uestris
Quæ dixero alter confringere ramos,
Alter strata uiarum aggeribus terræ
Sollicite, diligenterq; curet.
At tu Chore frequenter
Agmina operumq; labores

Reuiſe, argue ceßantes,
Da aliјs animos, punito merentes.
Semicho. Ita fiet, nũquid aliud imperas?
Momp. Aliud nihil. quam ſuſceptæ
Curæ memores ut ſitis.
Sed quos huc aduenire uideo
Homines magnis onuſtos ſpoliјs?
Aut parum oculi proſpiciunt mei,
Aut hic Bernardinus eſt cum ſua turma,
Cui quam captabat prædam, obtigit.
Cuius primo aſpirauit fortuna labori.
O fortunatum Ducem Bona ſi ſua norit.

Bernardinus. Delphinus.
Mompeſachus.

Bern. Victor redeo o Delphine
Exercitus, atq; huius terræ imperator,
Delectæ Pyrpinianidum cateruæ
Has ego Volonem adiens,
Vt Mompeſachus iußerat,
Oppidum expugnaturus
Patriam fugientes intercœpi.
Delph. Non poßum non moueri,
Ita me Chriſtus ſeruet cum toto exercitu,
Infauſta miſerarum ſorte.
Ieſu gratia quod noſtra cœpta ſecundat,
Perge, ut cœpiſti, fœliciter pugnare
Bernardine fidißime,

Et hasce mulieres caste, ac pudice seruabis.
Neminem ad eas admittes.
Volo, ut nostrates, humane tractari,
Nilq; eis posthac subripi.
Quæ uidebuntur, omnia suppedites.
At breui Narbonem deduci iubeo,
Nequid in castris molestiæ sentiant,
Nam esse nobili loco natas,
Et oppido probas, in uultu cognosco.

Momp. Per Iouem forma honesta, & liberali sunt.
Et quouis honore dignæ.
Haud te indignum facies Bernardine,
Si abs te quam humanißime tractentur.

Bern. Suæ sortis me per Martem miseret.
Hoc tamen agam pro uirili,
Vt intelligant a suis, non ab hostibus teneri.
Meum reuisam tentorium
Prædam tuto repositurus.

Delph. Reuise tuum cubile
Captiuarum custos fidelis,
Vt quamprimum susceptum negotium instaures.

Cunia Procomes. Ceruello Alua
Benedictus.

Cunia. DEsino equidem mirari Bellochi moram.
Cinxit nos tandem hostis obsidione
Perpetuo uerba dans.
Crebras a Mompesacho

Narbone missas accepi literas
Seruanda pacis fœdera testantes.
Beneuolentiæ, incredibilisq; amoris
Argumento erant conscriptæ.
Nihil doli per Iacobum
Meus præsagiebat tum animus.
Nec mouebar multorum dictis
Qui hæc mihi futura canebant.
Sed pili pendebam, scriptis
Mompesachi fidem habens.
Pari arte captus est Cæsar.
Sed quern non caperent ficta pectora Regis?
Toties iurata numina?
Pontificis reuerentia senis?
At potis est Carolus Cæsar
Hispania fœdifragum auertere Gallum,
Et lasciuientem iterum castrare,
Et grege relicto regno fugare suo.
Nos tamen interea consulto agamus,
Procões. Ne Gallo mordeamur gallinæ marito.
Gallo rarissima fides.
Quo uerior fore creditur,
Hoc loci dolosior est.
Adsit prudentia nobis.
Belli peritos audies,
Quibus rei summam concredes.
Et consilio, & armis rem agamus,
Vt Cæsar prouintiam
Hispanis creditam absens,

Liber a metu prædicet.

Cunia Cervello nunc tua opus est industria,
Et Bellandi peritia.
Atq; item Aluare tua.
Tuo quoq; Benedicte ingenio.
Excogitate, inuenite, machinamini
Nouas artes, noua consilia,
Inauditas belli machinas.
Quippe miserrimi est ingenij,
Inuentis uti, non inueniendis,

Ceruello Solue corde timorem,
Secludito curas, si forte times,
Iam maxime Cunia,
Namq; nobis Epeus adest,
Dedalus, Vulcanus, Bellona,
Fratre comitata Gradiuo,
Phæbus adest, Neptunus
Pergamorum fabricator uterq;.

Aluã. Gallorum fortunam, ingenia,
Temerariam auduciam,
Et superbiam nouimus.
Quos paulo negotio frenabimus,
Vt olim apud Papiam,
Pulchramq; Neapolim.
Vel adiutus a paucis
Ante solis ortum iubar
Omnes exterminabo Gallos
Atrociter, si opus fiet.

Bene. Soliman summus Asiæ Imperator

Cum religioſam inſulam Rhodum obſedit
Maxima claſſe, preſto eram
In eadem naui cum Rhodienſibus.
Sex menſes totos diurnā,
Atq; nocturna opera macerabamur.
Nulla auxilij ſpe mortalium
Alebamur, diuina ope tantum freti.
Non tamen Solimā rerum potitus eßet,
Niſi proditione uſus.
Ne hoc quidem ſatis fuißet,
Si idem omnibus pugnæ animus,
Nec quiſq̃ diffidißet armis.
Sed hoſti dedendum fuit.
Varia omnium ſententia,
Quamobrem ad utrumq; unanimes
Nullo proditore ſimus
Proximus eſt Cæſar opem laturus
Cum notis hoſtibus bellum gerimus.
~~Cum ſæpe a nobis uictis agimus.~~
Ego pro uiribus meum
Officium faciam.
Muniendi oppidi ſcilicet.
Cunia. Supramodum placuit
Veſtra omnium oratio.
Sed agite, iam quiſq; ſuam
Rem, diligenter agat.
Alij facienda decernite.
Alij inſtate operi.
Alij componite turmas

Au... osculaturi.

Semichorus. Pyrpinianidũ.
Chorus. Præco.

Semicho. O Miſerrima fœminarum
A ſolo caput, ceruicem ſuſtolle tuam,
Noſtra cõmutata eſt fortuna.
Suſtine æquo animo quod deus dat.
Nam ſecundum fortunam, nauigandum duco.
Ne inhibeas uitæ proram
Secundum fortunæ nauigans fluctus.
Ohe, eheu, æ. æ. o mea tu.
Cho. Quid quæſo non ad ſit ingemiſcendum
Nobis omnino miſerrimis?
Quibus patria, liberi, & mariti pereunt,
Si uera, quæ iſti narrant
Galli nocentiſſimi.
Quid taceam? quid non ſileam?
Quid lamenter infœlix ego
Infœlicem ob membrorum ſitum?
Vt diſpoſita ſunt omnium triſtiſſima.
Hei mihi, doleo caput.
Hei mihi propter tempora,
Et latera, & dorſi ſpinam.
Vbi mollia dudũm cubilia.
Magnifica tecta, delecti cibi, famulæ.
Quis ferat has loci anguſtias?
Sordes? fœtores? inediam?

Malo, Malo, foris solo iacere,
Et uitam herbis, quod potero, producere,
Quam in tentorio misere misera agere.
AE, æ, Pyrpinianides,
Rincho, cum Fregusso miseras
In tantam detrusit calamitatem.
Hei nobis in Bernardini
Tentorijs sedentibus.
Heu me miseram annis obsitam.
Captiua agor iam anus e domo:
O armatorum Pyrpinianensium
Vxores, uirgines, & inauspicatæ famulæ,
Euersum iri quam primũ
Audio Pyrpinianum,
Quod Christus pientissimus in hostem auertat.
Lamentemur, lamentemur miseræ.
Semicho. Chore quid clamitas? quid frustra uociferare
Quid lamentaris infausta mulier?
Nam te querente: mœroris accessio fit nobis,
Atq; ingens per pectora metus currit,
Quæ intra hæc tentoria seruitutem deploramus.
Cho. O male ominatæ Hispanæ mulieres.
Iam stant mulæ, sonipedes, iumenta
Vehendis, ut suspicor, in Galliam miseris.
Heu nos miseras. quid uolunt?
An iam infaustas abducent a patria terra.
Semicho. Ignoro. sed infortunium arbitror.
Io. Io. graues nos manent labores
Pyrpinianides extra quando efferimur patriam.

Atqui Delphini a tentorio
Præco noui sermonis expositor
Ad nos accelerans aduenit.

Præco. O Hispanæ matronæ probißimæ
Adsum cõmunem uobis adnunciaturus sermonem.

Cho. Hei nobis infœlicibus.
Hoc enim illud, quod uerebar misera,
Quod me male torquebat dudum.

Præco. Iam hinc abducendæ, si forte, id metuistis.

Cho. Ohe, æ. æ. quam ad Galliæ Ciuitatem?
Num Narbonem. Tolosam, Montempesulanum,
Lugdunum, aut Parisios, dic age o Præco.

Præco. Narbonem. sic enim Delphinus iubet.
Nec ad huc forte ductæ estis.

Cho. O patria te nobis desertam lachrimo.

Semich. Et ego ædes illachrimo, in quibus enixa.
Præda actæ sumus cum filijs.
Nobilitas ad seruitutem uenit.
Verum uerbum illud, quod inprimis fertur.
~~Rerum omnium uicißitudo est,~~
Proh dolor, ut neceßitatis uis grauißima est.

Præco. Faxite, ut cum opus fiet, omnes paratæ sitis.
Reuertere ad Imperatorem tuum.
Dic nos itineri iam accinctas eße.

Cho. Recipiamur intro o Pyrpinianides
Interea deploraturæ nostram calamitatem.

Chorus Gallorum. Delphi
Præco. Speculator.

Cho. Sentin Delphine nostrarum Bombardarum,
Horrificos bombos, & ictus.
Hunc prospice excelsam intra muros turrim
Alicui dicatam diuo.
Eam primum dirutam uelim,
Vnde grauiter officeret hostis.
Lazari, et Ciutadellæ ppugnacula assiduis ictibus
Tametsi adamantina,
Citò casum minabuntur.
Propediem, ut spero, amplus patebit ui aditus.
Et facilis fiet nobis ingressus.
Sed interea loci speculator
Pyrpinianum mittendus.
At qui uersutias calleat omnes.
Cui præibit qui hostibus nunciet Præco
Tectorum incendia, & omnium interitum,
Nisi intra biduum sese dediderint
Delphino exercitus Imperatori.
Hæc mea est sententia ò Delphine.
Delph. Sapienter, ut cætera,
Tu isthæc sentis Chore,
Quare Præconem, & uapherrimos
Quosq; milites adducito.
Cho. En tibi, quibus hoc rei credi potest.
Delph. Præco Pyrpinianum adeas,
Cæsarianorum imperatori hæc referes mandata,
Henricus Galliæ Delphinus,
Exercitus primarius,
Tibi Cæsaris copiarum ductori,

Duorum dierum spatium

Cogitandæ deditionis concedit

Pro sua in te humanitate,

Quam, si deneges, te, omnes tuos, oppidũq;,

Quam sæuißime perdet.

Præco. Ibo ducente Mercurio.

Delph. Quis Gallorum qui hic adsunt,

Vult Pyrpinianũ explorator ire?

Quis Galliæ uult fieri benefactor?

Quid conticetis? quis respondet?

Specu. Ego, quoniam uitam, & fortunas omnes

Dulcißimæ debeo Patriæ,

Pro mea in illam pietate

Caput obiectare periclis uolo.

Adibo Pyrpinianum explorator,

Et ubi Hispanorum consilia,

Et opera interrupta didicero,

Ad meos illico aduolabo.

Hanc ipse polliceor operam.

Delph. Merito te amo Miles quisquis es,

Et maxime patriæ amatorem dico.

Specu. Stat itaq; difficiles adire labores.

Sed periclitantem dignum decet præmium

Accipere, nam dedecet laborantem spe ali.

Certum præmium Diligentiam geminat.

Delph. AEqum postulas, neq; abnuo.

Verum tu ipse mercedem statuito.

Specu. Tuam haud postulo tyrannidem,

Neq; Regis ut gener fiam,

Sed paululum quiddam, nempe
Generis nobilitatem,
Atq; Elnensem Præsulatum,
Nam parentes me a cunis destinarunt deo,
Quorum uoto respondere peruelim.

Delph. Hæc, & quidem maiora
Tibi merito dabuntur.

Specu. Nihil moror, ibo pertusa tunica obsitus,
Lignorum fasciculo onustus,
In domum familiarem recipiar,
Candida, & rubra cruce munitus incedam,
Rubra in interiore tunica,
Candida uero, exteriore suetur.
Vt sim apud utrumq; exercitum
Securus Portis cum appropinquauero,
Inuertam tunicam, & intrantibus alijs
Comes ero, nec in tanta Gallorum turba,
Quæ illic agit, agnoscar.
Abeo iam Delphine,
Dij me seruatum uelint.
Imprimis Mercurius furum præses,
Qui me illuc ducat, huc fœliciter reducat.

Chori. Praeca. Ludouice, Galliæq; Penates omnes
Fauete, adeste, ferte opem
Huic uiro Patriæ benefacturo.
Aspirantibus uobis incolumis redeat
Diligens Pyrpiniani explorator.
Fiat uobis propitijs uoti compos.
Fiat Beatus: nobilis & Præsul

Plurimũ merito ſuo.

Præco. Cunia. Ceruello. Aluarus.
Benedictus Procomes. Quæſtor.

Præco. Accedo tibi a Delphino miſſus o Cunia
Cæſariani agminis primarie,
Noui nonnihil apporto tibi.
Henricus Galliæ Delphinus,
Exercitus Imperator,
Tibi Cæſaris Exercitus ductori
Duorum dierum ſpatium.
Cogitandæ deditionis concedit
Pro ſua in te humanitate,
Qua ſolet omnes Beare,
Quam ſi deneges, te, omnes tuos, oppidumq́;,
Quam ſæuiſſime fieri queat, perdet.
Hæc ſunt, quorum te præmonitum
Noſtra uoce, uiſum eſt Delphino.
Tuum erit, tuæ atq́; omnium
Iam ſaluti, conſulere.

Cunia. Miror ſane Delphini ueſtri inſolentiam,
Qui ante uictoriam canit triumphum,
Quod ſummo duci non paruo
Vitio uerti iure ſolet.
Quare hoc illi reſponſum uolo.
Me ſatis, iam ſatis, de deditione cogitaſſe.
Noſtræ ſalutis ſpem, non in Delphini,
Qua ſe ille iactat humanitate,

Sed dei in nos pietate,
Et nostri omnium industria,
Et uiribus, sitam esse.
Non enim terremur Gallica audacia,
Temeritate, insolentia,
Perfidia, nec furore Bacchico.
Vbi uestri principis fides?
Vbi fœdera? & iurata numina?
Vbi proximi dilectio?
Vbi principis clæmentia?
Vbi Dei timor? qui
Fandi, atq; nefandi memor.
Me talia insolenter loqui,
Illius scelus cogit Præco,
At speramus Deum Optimum maximum
Eius stoliditati,
Et nostro labori finem breui daturum.

Ceruel. Præco iam præ letitia gestio,
Ita me Bellona adiuuet.
Nam ouans expecto Delphinum
Futurum, ut patrem, nobis prædam
Per me seuiat quantum uolet,
Diruat, trucidet, perdat,
Vrat, laceret, compilet,
Vitiet, nec aris parcat,
Nos tamen ut pater uiros Persentiet
Ac dicet certo scio,
Horrida semper miseris
Vitanda est Hispania Gallis.

Aluar. O perditissimam Gallorum amentiam.

O execrabilem gentis credulitatem.
Nos fungos eſſe putat,
Et imbelles mulierculas,
Quaſi gentem Hiſpanam Bellando nunq̃ norit.
O obliuioſam acti temporis nationem.
O beluinam gentis mentem.
Præſentia dumtaxat uidet.
Nihil penſi habet.nihil proſpicit.
Memini,Papiæ cum obſideremur,
Huius Patrem hoc ipſum ſignificaſſe.
Verum captanti prædam,haud Delia fauit.
Nos de patre ſerio triumphauimus.
Nunc idem de filio facturos confido.
Spem habeo certam,nam gentis mores,
Animos,& induſtriam ſæpe ſum expertus.

Præco. Exitus acta probabit.

Cunia. Recte tu quidem Præco.
Sunt enim incerti Belli exitus,
Et multa uice uerſa mutat deus,
Sed redi iam ad Imperatorem tuum.

Bene. Dij me erradicent,ſi in Gallo
Aliud q̃ inconſultam audaciam,
Et flexibilem animum unq̃ compererim.
Modo de bello,modo de pace imprudenter cogitat
Nunc minatur,nunc blanditur,
Facti pœnitet uoto nondum peracto.
Per Martem uicimus,ſi nunc,ut hactenus,
Nos uiros perſentiat Gallus.

Cunia. Quid Procomes de ſuperbia hoſtis ſentis?

Quid: Quæstor quid uos ueterani duces?
Dicite nihil enim loci socordiæ,
Neq; segnitiei est reliquum.
Nunc opus, ostendamus quales uiri simus.
Procões. *Galli principio fortes,*
Et se maxime uiros præbent,
Illa tamen animi uis
Sensim in horas decrescit,
Diceres fanaticos, aut stolidos,
Ac dementatos Bacchantes,
Quos ab oraculis, & orgijs,
Furore, uino, somnoq; sepultos
Gentis uitio conspicies.
Perinde tamen minime negligendi.
Imo noctes, diesq; aduigilandum nobis,
Qui hostem ui, atq; ingenio superemus.
De deditione, uerbum ullum haud faciendum.
Satius est enim pugnando pulchre mori
Pro re, pro Patria, pro Rege,
Si legibus ullis tenemur,
Et si cum maioribus nostris
Rebus præclare gestis
Contendere exoptamus,
Quam turpiter inter mortales agere.
Quod, certe faciemus,
Si expectationi, quam nostri
Concitauimus, respondere uolumus.
Non est quod pertimescamus.
Quandoquidem Christus pro nobis stat.

Stant quoq; omnia numina
Iure namq; arma capescimus.
At hosti, non sat rationis in armis,
Qui leuibus de causis more furentum
Insperata bella ciet,
Et clam glomerat manus pacem simulans.
AEdem Iacobo sacram certatim diruit hostis
Autumans, ut conijcio, aliquando offecturam
Euertenti compactum Lazari robore uallum
Quocirca in summo sepulchrali tumulo
Permista terra, arboribus intexi turrim
Sentio, unde abigi, pelliq; possit, hostis procul.
Vt cum effectum reddi putet,
Quod anxie conatur,
Quaestor. *Infectum tamen fateatur.*
Hostis ingenium, uires, potentia
Saeuus dolor, irarum causae,
Belli fortuna nobis nota
Quare faelici dextra nos pugnare credo,
Quod de construendo uallo
Arboribus texto, atq; aggere terrae,
In sepulchrali loco, monet Procomes,
Laudo, siquidem, ut autor est Iosephus,
Cerucl. *Hostem uincere queas, munire memento.*
Ex isthoc loco ad summam usq; arcem,
Si uspiam est, instat periculum.
Tota igitur haec muri pars
Tumulis arte congestis,

Imisq; fossis munienda
Donec solum cum mœnibus æquetur.
Bene. Hæc potissimum pars ut ait Cerucllo
Aggeribus, & fido præsidio indiget,
Quod, uel imprimis curandum.
Aluarus. Præter hæc ducum atq; militum delectus
Fiat, ut si forte hostis classicum canat,
Duces, & fortuti milites,
Præscriptum locum Hispano animo
Tormentis rhedarijs, & manuarijs,
Clauis, sarissis, feruēti oleo,
Ignitis malis, clauatis postibus,
Pugnæ tempore tueantur,
Cui iudicio Ceruello,
Vt uideo, suffragatur.
Ceruello. Sic instruendæ pugnaturæ acies.
Sic cunei componendi.
Quod nobis, sæpe factitatum
Semper ex mente succedens.
Cunia. Benedicte muniendis mœnibus
Te indulgere oportet,
Cuius rei haberis peritissimus,
Vt his uisum est, inquorum sententiam eo.
Vos magnanimi fortunatiq; duces,
Militum facite delectum
Futuro conflictui aptiorum,
Adhortamini, animos date,
Iubete aptare arma, animoq; præsenti,
Infracto, uirilíq; pectore esse,

Quisq; suam sorte datam
Muri portionem defendat.

Procomes. Semichorus.

Procões. *IVuenes, Hispanæ pectora,*
Leones, Hectoreæ uires,
Nullo etiamsi monitore indigetis,
Currentibus tamen iuuat addere calcar,
Quo fiat alacrior uobis cursus.
Aggeribus fulti cespitis,
Turribus arboreis nos undiq; Gallus
Sepsit, nocturnaq; munia circumposuit
Experturus animos feroces semper Iberos,
Quasi nouus Indus, huc nostris adnauerit oris,
Plaga mißus ab occidua.
Quasi ignarus quid Martia poßit Hispania.
Sed non redibit spolijs orientis onustus.
Saguntina fames, æsusq; murum
Maioribus nostris obtigit,
Intra hæc quæ nos dant mœnia circum.
Hinc illis, partaq; nobis fama perennis.
Hinc ingens gloria gentis, honosq; nostræ,
Nobilitas, clara prosopia.
Nunc eadem nos fortuna nepotes manet
Insperata quidem Hispano credita nulli
Simulatæ nomine pacis.
Nec aliter uincere Gallus
Herculeas Hispaniæ uires,
Quam perfida Vlyßis, et arte Synonis
Sperabat iniqua mente uolutans

Horrida bella tacitus,
Sed Pompeianæ uires, franguntur Cæsarianis
Continue, ubicunq; bella gerantur.
Iberia, Gallia, Italia,
Emathij campi, Philippi regna testantur.
Cæsar in Emathia magnũ Pompeium
Cæsar in Hesperia Franscifcum Valesiũ
Superbum Galliæ regnatorem
Imparibus uiribus superauit.
Cæsar Troiugenas, magnosq; Quirites
Aeterno premit imperio,
Famam qui terminat astris.
Cæsar terræ, pelagiq; dominus.
Cæsaris o Iuuenes quicumq; signa sequuntur,
Victores aßiduo, & tantum uincere norunt.
Quare agite o socij,
Si forte timor uos corripit ullus,
Solitos reuocate animos,
Turpemq; timorem mitite,
Et rebus fœlicibus uosmet seruate.
O qui grauiora subij his Pericula.
Cum Cæsar per Syllam, diramq; Carybdin
Magna claße Lybicas bis nauit in oras.
Dabit Christus, ut spero his etiam finem.
Vicimus o socij, si robur ante,
Pedes dum conferimus, adest.
Vt primum pugnæ accinctos uiderit hostis,
Terga dabit miser fugitans, ut semper,
Floccifaciens in bello mori,

Quod tamen habetur pulchrum forti uiro.
Inglorij enim sunt, qui extra castra pereunt.
Ruscino o filij cōmunis patria nobis,
Hæc Clypeus, hæc Decus Hispaniæ,
Hac una fœlix est Cathalonia nostra.
Hac laborante labascit Hispania tota,
Pars bona Europæ, atq; Aphricæ.
Gallus cristas tollit, & uigiles arrigit aures.
Quo clarior, durior ue prouincia nobis
Ex tanta Hispanorum turba delectis
A magno credita est Cæsare,
Hoc maior, diuturniorq; gloria nobis,
Minoribus quoq; nostris parta erit
Nec munere digno fraudabit Cæsar.
Magnus Alexander in meritos Cæsar est.
Si quando in patriam uictores
Nostram remeabimus,
Munificum, ac charißimum uobis patrem
Me omnes uno ore dicetis.
At contra, durum, seuerumq; uitricum,
Qui defecerunt, & tantum expectare periclum
Me ductore, & discriminis consorte
Minime ausi sunt. sed per Stygiam,
Magnaq; numina iuro,
Haud impune fecerint.
Semi. *Nos populi tui, tua castra secuti,*
Imperio tuo una mente paremus.
Te propter unum clarißime Procomes
Stat quoscunq; adire labores,

Stat unanimes uitam postponere læto
Nulla hostis sæuitia terret.
Nulla Cæsaris nos præmia mouent.
Quem in omnes largißimũ scimus.
Patriæ pietas, æquitas,
Tuusq; chariß ime pater
In nos amor, ad prælia allexerunt.
O fœlicia tempora, in quibus datur
Viriles ostendere animos,
Efficereq; aliquid, quo posteritas
Nos aliquandiu uixisse intelligat.

Procões *Merito uos amo plurimum uestro*
O fratres germani, o filij pergite, ut cœpistis,
Vna salus omnibus erit,
Nusq̃ uobis abero.
Semper, dum uiuemus, iuuabit
Hæc meminiße rerum discrimina,
Hos uarios, difficilesq; casus.
Vt parta uictoria primum
Ouantes reuisemus nostros,
Sacra nobis fient superis.
Ad patrios ponetur Gallica præda deos.

Morenus. Speculator. Çunia. Ceruello. Aluarus
Maxucha Bezerra. Procomes

More Q*Vid hic oscitaris Galle?*
Quin laboras perditißime?
Quid circunspicis? quid hæsitas?

Non dicturus monstrum hominis.

Spe. Dicam equidem o uir optime.
Ego iam defeßus sum in laborando,
Sed quæro miser hominem
Mei loci, atq; eiusdem ordinis,
Qui mihi teruntios aliquot mutuet.
Sol est in procliui ego tamen esurio.

More. Quid quod tumidum habes sinum.

Spe. Nil rei est o uir bone.

More. Quid nihil ostende, & quidem diligenter.
Quid ceßas musitans, rape, rape, inquam.

Spe. Ah, ah, sine ut ad me redeam.

More. Sino, age eloquere improbe.

Specu. Frustum panis est cum cæpa,
Ast emendo uino deerat numulus,
Per Bacchum triduana aqua languesco.

More. Vt falsus es Galle uini pernicies
Tu certe scutatis onustus mendicum agis
Pannosus; penulatus, de gentis more.
Iam primum tunicam exue quam excuti,
Perscrutariq; iubeo tunicæ aßumenta.
Experiar hodie, si uerus es,

Specu. Ne iubeas obsecro uir grauißime.

More. Frustra rogas uerberabilißime
Inuerte tunicam improbe.
Proh. impudentißime crucifer:
Quænam hæc est candida crux,
Vah furcifer, speculator aduenisti.
Rapite hunc famuli, et in quadrupedem cō stringite

Raptumq; nolentem trahite.

Spe. Æ æ, o me om, quos terra sustinet in auspicatissimū
Ego sum, quem dij omnes oderunt;
Pessime, & quem solum in exitium dant
Ohe, eheu me miserrimum,
Cui nihil reliquum uitæ spei.
Perij. perij miser.

More. Cunia Cæsarianorum Primarie,
Hunc scelestissimum exploratorem
Gallum uides reuinctum,
Casu repertum adducimus,
Nam aliud agebamus.
Vide ut illi os impudens.
Vide ut perfricta est fronte.
Vide hominis audaciam.

Cunia. Posito metu fare Gallē
Delphini consilium.

Spe. Serues mihi uitam Dux maxime,
Et Delphini consilia dicam omnia.

Cunia Per me licebit uiuere, si uera dixeris.

Spe. Vera certe dicam alioqui occidito.

Cunia. Credo equidem, sed cito me expedisce.

Spe, Delphino stat sententia
Prope diem miscere manus.
Effusasq; acies semirutis cōmittere muris,
Sed ante exme scire expectabit
Omnia, quæ hic didicero,
Quæ, ubi renunciauero,
Illico bellum canere imperabit.
Structos habet iam cuneos.

Tormenta, & machinas ad pugnæ tempora.
Dispeream, si non uera dixerim,
Vt re ipsa comperies.

Cunia. Dic sodes uir bone, quot sunt Galli numero
Apti bello. Spe. septuaginta millia.

Cunia. Quot illis tormenta. Spe. triginta muralia,
Et totidem campestria,
Si numerum memini.

Cunia. Quot equites. Spe. octo millia.

Cunia Cedo uictus. Spe. plus satis.
Et breui aduenturus Aurelianensis Dux
Cum auxiliaribus copijs.

Cunia. Quid de nobis sentiunt?

Spe. Nihil sane magnum, nec uos pili faciunt.
Profecto Delphinum miseret futuræ cladis,
Omnes quotidie conflictum clamore efflagitant,
At Delphinus illum differt,
Nam persuasit sibi deditionem,
Qui ex profugis accepit,
Fame, & inopia uos laborare,
Et de deditione, quamprimum cogitaturos.

Cunia. Conijcite hunc in carcerem
Vbi seruatum uolo.
Præco, atq; speculator pugnæ tempus
In proximo esse significant,
Et Bombardæ mœnibus proxime adpositæ.
Quod, si non astu prouidetur, pessundabimur
Id ipsum Bellochus modo
Ab hostili exercitu

Reuerſus prædixit nobis.

Ceruello Militum ui modo opus, & induſtria
Alua. Ad hanc rem, quam paro, ſi uobis probetur.
Scio quam rem paras, nempe tormenta
Galla e regione Elnenſis portæ ſita,
Vnde uictoriæ ſpes hoſti ſuboritur,
Aut audacter confringere,
Aut iniectis ui clauis uſum amittere.

Cerue. Per Herculem, rem tenes.
Nouus morbus nouum expoſcit medicamen.
Extemporalis caſus induſtrios facit.

Cunia Hæc placent, iſta probo.

Procões O uerſutum & tali uiro dignum inuentum,
Vah conſilium callidum,
Vel quis hoc non laudaret?

Cunia. Qui Duces huius coronæ
Ceruellonis inuentum
Effectum reddere malunt?

Max. Si mihi concedas, hoc tantum efficiam.

Beze. Id ipſum me facturum polliceor.

Cer. Fiet puto quod decernimus,
Si ij tam ualidi duces rem ſuſcipiant,
Vterq; enim milites habet ueteranos
Grauiori negotio idoneos.

Cunia Vobis igitur duobus
Duram prouinciam trado.
Faxint, ſuperi, ut uoti compotes reuertamini.
Sed quo tutiores eo accedatis,
Egreßis Ciutadellæ poſticulum,

Muralis fossa occultum iter præstabit,
Cum uos hostis conspexerit,
Nostra tormenta undiq; frement
Eminus cominusq;
Pro cões *Quid? si dum ipsi pugnam inibunt,*
Alij manus alibi conferant,
Ne hostis quò potius opem ferat sciat.
Ceruello *Perite quidem Procomes hoc coniectas,*
Cunia. *Id quoq; faciundum censeo.*

Maxucha. Bezerra. Semichorus. Gallorum.

Max. *Bezerra instructo agmine nos præire decet.*
Et qua dixit imperator. deflectamus,
Nam prætium opæræ est, cauere in loco.
Bez. *Ita fiet adsint nobis*
Iacobus et Georgius,
Summa Hispanorum numina.
Max. *Iuuenes nullo fracti bello,*
Rugientes hispaniæ, leones,
Martis, et Bellonæ geniti,
Iacobum, Georgium ue uocantes,
Hostes ferite alij,
Alij tormenta confringite,
Aut hisce clauis obturate
Qua ignis edax admittitur.
Adeamus Dij nostra cœpta secundent.
At. at. uisi sumus Bezerra
Bez. *Quid subito palles? quid pedē refers?*
Ne formidulosus sis modo Maxucha.
Ne osciteris, uariam enim dant otia mentem.

Eripiamus pugnæ consilium

Max. Egon formidulosus Dij prohibeant.
Hispania Hispania,
Feri, Feri, feri, Feri,

Bez. Iacobo propitio.
Occide, occide, occide,

Max. Ne parcas, trucida. trucida,
Pergite o socij clauos figere,

Bez, Huc adeste o Iuuenes,
Pereant, pereant, pereant,
Vinosi, imbellesq; Galli.
Quid dedo me nunc morere.
Age age feri, feri,
Nulli fas sit uiuere amplius,
Omnes uitam exhalantes relinquite,
Omnibus gladio pateat iugulum,

Semi, Gallia Gallia, uiuat Gallia.
Huc aduolate o socij
Arma capescite Galli fortissimi,
Intereat Hispanus Iactabundus, et audax,
Quid moramini tam magna hoste, inferẽte damna?

Max. Quid Bezerra furis? uideris,
Cæsarianus ille Scæua,
Nunquam pugnæ finem facturus
Donec animâ Infœlix agas.
Non miserescit tui, atq; tuorum
Comitum qui uitam cum sanguine fundunt
Non hostium accelerare agmina uides?
Posteaquam uotis fortuna respondit,

Victores quam uicti canere
Receptui, malimus.

Bezer. Canamus receptui,
Quoniam Christo gratia uicimus.
~~Et quidem stultum nō uitare malum,~~
Cum poßis nos sequimini iuuenes,
Satis pugnatum ilicet.
Nam hostes, ut omnia intellexerunt,
Armati contra nos ueniunt,
Quocirca ad machinas conuenit,
Quam celerrime fugere,
Quid cunctamini agmine ingruēte hostium.
Dilectam seruare uitam?

.Semi. Fugitis perditißimi siccarij
Vt nostrum perturbastis exercitum?
Continete, continete gradum refugi
Expectate, expectate mutuos ictus
Gloriosi, et multa metuentes Hispani,
Vt paulo contenti incōmodo receditis.
Manete, manete, ut fortes uiros decet,
Vah, ut inglorij fugam parastis,.

Chorus et Semichorus Gallorum
Delphinus Mōpesachus,

Cho. QVid quod totus concitatus est exercitus,
Semi. Hispani, ut ~~sunt audaces, et uersipelles~~,.
Hoc ingreßi propugnaculum
Tormenta inutilia clauis reddiderunt,
Et multos demisere Orco, ut cernis.

Non tamen unpune factum
Nam bona illorum pars inter nostrorum
Mista cadauera iacet.

Cho. O execrabilem militum inertiam.
O animaduertendos famulos
O seruum pecus. cur Marte relicto
Tuta fugæ conspexistis?
Quo uos pauor abegit ingnaui milites?
Nullo fuso cruore profugistis.
Interfectorum aceruo deesse nō pudescit?
Totq; inter cadauera minime quæri?

Semi. Vt primum decreuere
Confractis euadere claustris
Hispani, haud tamen obscura petentes
Amica silentia noctis
Occultum fecere iter.
Extemplo succendunt omnes claßica cantu.
Rauca sonuerunt tympana uoce,
Et angustæ gemuerunt fistulæ uocis.
Attonitos confecit hostis ad unum
Insperatus adesse uisus,
Qui uiam, non una cæde parauit.
Tempestiuior illi hæc pars ualli uisa propinqui
Huc latitans aduenit puluere nullo
Agmen agens, subitusq;
Ad munimina Conscendit,
Hispania ingenti clamore
Iterum, atq; iterum proclamat,
Vndiq; armorum ingruit horror.

Hinc, atq; hinc tela miſcentur.
Oppetunt quo debeant ſtare loco
Omnes iam pene deerant: qui uulnera ferrent.
Iam Cæſaris aggeris ſuper ardua celſi.
Poſitæ erant aquilæ,
Sed locum uictoribus unus eripui,
Capiq; uetui arma tenens.
Vicimus in quá o ſocij,
Nan longinqua puluis, et ruinæ ſonitus petunt,
Et tantus fragor Delphini concutiet aures.
Iam iam qui uindicet oẽs, aderit,
Dum pugnando Interimus.
His dictis magno commota furore
Concurrit delecta iuuentus
Lœtalia hoſti uulnera ferens.

Cho. *Quid feceris, neſcio,*
Verum quid hoſtis, res ipſa loquitur.
Claßica nulla ſonent.
Nulla tela uagentur fruſtra.
~~Hoſtis uictor abijt~~
~~Noſtrorum ignauia turpi.~~
~~Abite ad cubilia,~~
Quiſq; ſua repetens.
Tu Semichore uigilantior eſto,
Caue ne rurſum tuam
Hiſpanus incuriam tentet.
Redeo Delphine iratus, atq; ægreferens,
~~Nam furunculi quidam hiſpani~~
Aggerem Elnenſis portæ tranſierunt,

Tormenta Rhedaria ne ulli usui forent,
Clauiculis effecerunt
Non exigua nostrorum turba humi fusa:
Quare illinc amoueri præstiterit,
Absq; mora, ni periclitari malimus

Delph. Discrucior ualde animo.
Vt primo in spem ueneram,
Ita nunc spe decidere occipio.
Ex isthoc enim uallo quatiendus erat murus
Hinc proxime uictoriā sperabamus,
Nec alibi spes affulserit ulla
Certa magis audacior hostis,
Et ad artes ingeniosior erit,

Cho. Antrum Vulcani diceres Pyrpinianum
Ex omni parte piceus uoluitur fumus
Crebris tonat bombardis æther,
Passim ferreis obruimur globis,
Data sunt nobis uerba ab exploratoribus.

Dleph. Date incendio molendina,
Teretes confringite molas
Boum, dum pascitur agmen, rapite,
Aquas intercipite,
Aut diro condite ueneno.
Periclis obijcite turmas
Omnes, nā fame premendus hispanus.
Muneribus, et spe gratis reddendæ prædæ
Ducum animos tentate,
Vt saltem dolo fiat,
Quod uirtute nequeas.

Mompe. Ventris rabie dumtaxat,
Vt tu quoq; Delphine censes,
Clausus uincendus est hostis,

Delph. Chore idoneos instrue cuneos,
At diligentissime,
Interea fac memineris
Tormenta, ut dixi, auferre,

Cho. Ita faciam nunquid aliud me uis?

Delph. Nihil: Cho. priuatos conueniam duces,
Rem illis diuidam, quisq; suum officium faciet.

Violetes Miles Hispanus Pinosius

Violet. Nunc tandem locus. et tempestiuũ tempus
Sese nobis offerunt,
Quo armentis moliamur insidias,
Vos socij in frondosa delitescite sylua
Ego uero hac pascentes uaccas adoriar
Opimam spero nobis prædam,

Miles. Hispania, Hispania, Gallus armenta rapit,
Properate o iuuenes,
Auxilium date, ferte opem.

Violet. Quid uociferaris miles ignauissime,
Sile, anteq̃ hasta per pectora penetrat

Miles. Cõminaris, quoniam equo ueheris,
Aut retro cede armenta omittens,
Aut cita te confodiam sagitta.

Violet. Sic uero ais canis? Mi. accipe igitur.

Viole. Reijcio me in te fortissime Miles.

Miles. Iam blandus qui modo feroxeras?

Viole. Dedo me tibi uir clœmentißime,
Salutem, Salutem, posco miserrimus.
Ne me occidas Hispane magnanime,
Mille me captum redimam scutatis,
Aut quanti tu uoles, modo uiuere sinas,

Miles. Viuere sinam qui me postea eneces?
Qui nulla in me usus fuisses benignitate?
Qui mortem sæuiens minatus?
Quid? putas me auro flectere.
Sat argenti est mihi domi.
Dijs habeo gratiam,
Quod ex pedite factus sum eques,
Et ferocientem hostem uici
Pecore cum armentis seruato.
Reuisam castra serio triumphans.
Bernarde Pinosi magnanime,
Cuius ego aquilas sequor,
E tuo forsan uallo pugnantem uidisti
Cum armato equite Gallo,
Cui res infœliciter ceßit.
Homo temerarius
Me Boum forte custodem
Satis imprudenter inuasit
Minabundus gentis more,
Ipse uero hominem contempsi præ me,
Atque auro allicientẽ iugulaui,
Nam mihi hostem superstitem
Semper odi peßime.

Pino. *Digladiantes ex aggere uidimus,*
Tuam pugnæ peritiam
Adstantibus cõmendauimus.
Illud tamen ægre tulimus,
Quod salutem efflagitantem non seruaris
Summum persoluentem pretium
De more bellantium,
Illud quoq;,quod non prohibueris
Sic omnibus diuidi
Misere lacerati spolia,
Ac feris nudum deseri laniandum.

Miles. *Seruandum ducis qui te postea interficiet,*
Si supplici uitam dederis,
Egon prohibeam hostis spolia diuidi,
Et retecto uulnere nudum feris exponi?

Pino. *Ita factum decuit,*
Sed facta infecta esse non possunt.
Propitium habes Martem,
Qui te ex pedite equitem fecit.
Verum uerbum illud,si fortuna uolet
Fies de Rhetore consul,
Si uolet hæc eadem,
Fies de consule rhetor.

Delphinus.Mompesachus

Delph. A*n tu Violetem diriter obtruncatũ hostibus,*
Mõpe. *Ita,* Delphi.*vñ id scis?* Mompe.*a certo*
Delph. *Pugnans,an dolo captus?* *(accepi nñcio.*

Mompe. Dum uaccas late pascentes
Prædatur latentibus socijs,
In truculentum incidit hostem,
A quo sagittis confixus:
Vulnere secundum nasum accepto,
Iugulo cruore manante,
In uiridi margine agri
Pomœrio adpositi,
Exigua media labente aqua
Sternitur deforme cadauer,
Atque nudum sine nomine corpus
Miserabile uisu
Ex altis mœnibus hostis
Spectat Iacentem cornea fibra,
Imo fit fabula nec tristis
Spectantibus hostibus,
Et iuuat monstrare digito,
Et dicere, en prædo Boum,
En astutus uenator,
Sciens, prudensq; transeo multa.

Delph. Proh crudelißima fata
Quæ nulla ratione uincere queas
Eo præconem mittam
Hostem rogans exangue corpus
Mihi sepulchro ut donet,
Vel honorifice sepeliat ipse.

Mompe. Te dignum facies Imperator maxime,

Præco. Cunia Pinosius.

Praeco. PLurimum te saluere iubet
Delphinus Cunia humanißime,
Qui te Violetis inhumatum poscit cadauer,
Aut apud te funus adbusta ferri mandes,
Par pari referetur, si quando usu uenerit.

Cunia. Cupio Delphino rem gratam facere,
Quem meo nomine resalutabis.
Apud me Violetem sua capiet urna.
Tu Pinosi militibus praecipe tuis
Vt lacerum truncum portent ad rogum,
Collegij Ioannis adsint Sacrifici.
Hymnis funebribus, uita functi animam
Deo Pientißimo cōmendantes,
Solemni pompa accensis funalibus multis,
Denique adparentandum Violetes sit curae,

Pino. Curabo nec conquiescam.
Donec illud postremum uale dictum fuerit.

Morenus. Villanoua. Thomas Lupianus.
Cunia. Iuellar. Bezerra. Vingnachus.

More GAllum pugnando cepimus.
Qui Delphino a panibus erat.
Cunia genere, & factis clarißime.
Sed cui potißimum adscribenda uictoria,
Contendimus, rem dicam paucis.
Aufugientē rapui saeuiente Marte,
Lupianus mihi claudens latus.
Dedas te item exclamat Galle.

Conuenere quoq; Bezerræ milites,
Quibus raptum commisi,
Ego fugientem continui, seruaui,
Seruatum igitur mihi iure dari puto.

Villa. AEqui obseruantißime Cunia,
Ego hunc hasta premens equo deieci,
Hunc ego uici, uictori præda debetur
Lege Martia, nisi omnes
Leges nunc dormire dixeris.

Lupi. Vera quæ modo narrauit Villanoua,
Si uictor uictoria uti sciuisset,
Ast equo contentus hominē abire est, paßus
Cunia, quo non est Iustior alter,
Cui ego obuians fugam sistere coegi,
Cum sese tremens ad me reijceret,
Accurrunt Morenus & milites aliquot,
Qui captam mihi prædam surripuerunt,
Hanc ego iure repeto.

Cunia. Iuellar qui iuris nodos,
Et legum enigmata soluis,
Qui fidus mihi es a consilijs,
Et publicis, et priuatis,
Explica qui litem uicerit.

Iuell. Si Villanoua captiuum humi stratum,
Nullatenus neglexißet,
Merito uni præda decerneretur,
Sed uictori, amißa præda nihil reliquum iuris
Pars tamen prædæ donabitur,
Moreni uero et Lupiani contentio testibus indiget,

Qui captam prædam seruarunt
More Res ergo nostra composita est,
Pacta enim ambobus æqua portio.
Bezer. Adsum iustißime Cunia
Meorum militum acturus rem.
Pugnantibus nostris ad pontem cum Gallis,
Gallus quispiam a meis captus est militibus,
Hunc illis Morenus blande sustulit,
Et capti custos est factus,
Tuum ergo erit æquißime Cunia,
Suum cuiq; tribuere,
Cunia. Age Iuellar,ut cœpisti,rem absolue
Iuell. Huc captum adduci iube,
Vt stante corona rem ordine dicat,
Sic finem inuentura est quæstio,
Nec aliter finita plauderemus fabula.
Cunia. Morene quem domi habes Gallum,
Huc ad me actutum ducito
Mor. Fiet.Cunia.at gnauißime
Villano. Eccum Gallum Cunia,
Vin rogem omnium primus?
Cunia. Roga.Villa.uicin ego te Galle?
Vign. Vicisti,Villanoua,cui te primum dedideras?
Vign. Tibi.Lup.sine ut mihi denuo respondeat.
Cunia Sino Lup.Continui ego te fugientem?
Vign Factum.Lup. Dedin tibi salutem,
Vign. Per Ludouicum iam tum
Omni periculo me ereptum credidi.
More. Quid? non ego te cessantem rapui.

Vign. Rapuisti. Beze. quid milites?

Vign. Stabant circum una clamantes
Vt me uictum dederem,
Quod uolens nolensq; feci.

Cunia. Cui te tandem dederas?

Vign. Per deum nescio, tot
Adstabant me circum uictores,
Vt cui uitam debeam, incertus sim.

Cunia. Rem paucis te complecti uolo Iuellar.

Iuell. Ne pluribus agam, grauiora enim
Instant omnibus negotia,
Villanouæ equus, at cæteris
In tres diuisa pecunia partes
A captiuo numerabitur Gallo,
Quantiuis se captum redimat.

Villa. Adpello ad Cæsarem nam quod mihi uni dandum,
Iniuria partitur in multos:

Delphinus. Dux Aurelianensis.
Mompesachus. Chorus.

Delph. SAluum te aduenisse gaudemus Frater.

Dux. Tibi incolumi congratulor;
Et quid? satin recte se res habent tuæ?
Quid tristis es? age, dic frater:

Delphi. Aduersatur fortuna ut semper.
O memorem fortunæ iram,
O infortunatam nationem,
O miserandum patrem.

O inauspicatos filios.
O lamentabile regnum
Cui Dij omnes male uolunt.

Dux. *Ita nos Christus amet,*
Bellum infœliciter auspicati sumus,
Nec mihi ex sententia euenit,
Quod mente conceperam,
Eam obrem ad te cursum accelerans ueni,
Vt meis copijs adaucto exercitu,
Multo breuius, quod uolumus,
Hic saltem conficeret.

Delph. *Nec hic, nec alibi Mars nostras aget. partes.*
Sic enim uisum est Superis
Operam, atq; uiaum perdemus simul.
Pars tormentorum inutilis.
Obtruncatus Violetes
Et qui a panibus erat, captus,
De reditione deliberemus,
Est enim sapientis,
Pro re, pro tempore, consilium mutare.

Mompe. *Inflexibiles sunt diuorum mentes,*
Fata mutantur minime.
Fortuna ferendo superanda est
Quando id quod uis non licet,
Id uelis, quod liceat
Reducendæ in Galliam
Me iudice legiones.
Dijs nolentibus efficeremus nihil,
Nam hominum uires diuorum impares sunt

Consultius erit, si in Galliam redeamus,
Nam nostræ copiæ marcescunt
Hostilibus uigescentibus,

Delph. Castrametari libet
Clariani dies aliquot,
Ne nos hostis metu fugere existimet,
Inde Cardinalis proficiscetur
Ad Cæsarem missus a Pontifice,
Vt hosce belli tumultus componat.

Dux. Hoste insultante abibimus?

Delphi, Minime uero, quem plus quadraginta
Diebus pugnæ auidi expectauimus.
Idem Cæsari apud nos in Prouincia accidit.
Chore coge iterum copias,
Eundum est recta Clairanum.
Illic atq; Piani,
Tendendum nobis rursum.

Cho. Ita faciam, et dicto citius.

Cunia. Perotus Lupianus. Thomas
Lupianus Dauidus.

Cunia. VT uigiles retulerunt,
Nunq̃ hostibus tot accensi ignes,
Quot nocte proxima, crederes
Sulphureas flammas.
Subterranea regna Plutonis,
Corybantia, aut Orgia Bacchi,
In summis fieri montibus,

Ardebant [illegible] ,tuguria,
Hoc maximũ hostes abire argumentum

Per. Vin periculum fieri,
Hostis abierit an non,
Aut quid consilij captet?

Cunia. Facerem per Christum maximi

Pero. Thoma, Dauide ,uos me sequimini,

Tho. Ego uero ac lubens, Daui. at ego lubentior.

Pero. Quisq; suum conscendat equum.
Per tesca ,per deuios uagabimur agros,
Nec incruenta manu redibimus,

Cunia Ite dextro pede fortuna matre.

Dauidus, Cunia.

Daui. Vix respirare datur dux noster Cunia,
Vix apud me sum præ dolore
Laßitudine confectus,
Heu me, ut res male ceßit.
Infœlicem sortem conqueror nostram;
ve Lupianis, quos uiuere incertus sum.

Cunia. Bono sis animo Dauide,
Age, eloquere quidquid id est.

Daui. Eloquar, an sileam, nescio:
Ita perturbatus, languensq; reuertor.
Attamen dicam reuocato animo,
Quem pæne amiseram casu tam subito.
Vt uentum in auia loca,
Per lucos errare decretum est,
Quo securius exploraremus.

Vix primum ingreßi sumus nemus.
Cum hostes adeße sensimus.
Gallia, Gallia, uociferantes.
Confestim undiq; turba
Cursitans nos clausit circum.
Hinnire tum equi c langore tubarum.
Modo alios, modo me pugnando fatigant.
Iam iamq; manu tenent, et præmunt hasta.
Postq̄ arenosa in ripa socios.
Illisos uidi, nec spes iam ulla dabatur,
Eripui me fateor
Læto, et ne caperer hosti,

Cunia. Prudens fecisti aliorum doleo uicem,
Qui patriæ benefacientes
Hostium captiones.
Euadere nequiuerint.
Bellochus illic agit,
Per quem omnium rerum.
Certiores fiemus.

Cunia Bellochus Albertus.
Grimaldus, Perotus Lupianus.

Cunia. LÆtus ades nescio quid Belloche
Bello. Quid ni læter ac gestiam?
Hostes perterriti fugitant
Audito Cæsaris aduentu.
Cunia. Quid Lupiani? superantne,
Et uitales carpunt auras,

An crudelibus umbris,
Occubant? nec exaudirent uocati?
Bello. Viuunt, atq; hostis gaudet illudere captis.
Ego tamen captos minime uidi,
Sed accepi clanculum,
Cæterum de redimendis captiuis
Verbum nullum, nec uacat hosti,
Credite in aliud differri tempus.
Albe. Meo cognato reddisti literas?
Bello. Reddidi, quas sereno uultu perlegit,
Dixit & ad aurem, ne æquo molestius feras,
Siquidem non rara uidemus,
Quæ patitur, inquit Albertus,
Cuius cum multis est iuncta querela,
Suamq; rem mihi susceptam arbitretur.
Mater cum minima natarum
Gratis restituetur Grimaldo.
Grimal. Vt ualet mea coniunx cum liberis?
Vt fert seruitutẽ? Bello. perbelle ualet,
Captiuitatẽ patienter ferens,
Sic Alberti consobrinus narrauit mihi
In castris, captiuæ seruantur Narbone,
Grimal. Capti milites cum mulieribus
Optant manumitti? Bello. minime gentium,
Imo Guilielmus Bos eorum Centurio,
Hispanum nomen. detestans
Male interminatur uobis ducibus,
Adeo datæ uobis fidei osor est,
Ac si nunq̃ Hispana castra sequutus.

Hem quis homo eſt quem ad nos properare uideo.
Deum immortalem, Pero tus eſt.
Certe fugam adornauit noctu
Domini deſerens cubile.
Aut latrunculis ſpoliatus,
In pedes ſe coniecit,

Pero. Quid eſt quod ſubrideiis?
An quia mutato ornatu,
Et mutata fortuna Domum repeto?

Bello. Heus Perote qua deflectis,
Cur non recta ad nos te ocyus moues?
Ecquid pudet conſpici nudum?

Pero. Ne me remorere omnium,
Tu nugas ſemper agis
Nugator nugaciſsime,
Expectes me ad mulæ fœtum.

Grimal. Tace loquatule, ad ſuos ſe recipit,
Pudet In præſentia
Sic prodire in pubblicum.

Cunia. Ceruello. Aluarus. Procomes.

Cunia. CEruello ut poſtera Lampade Phœbus
Totum luſtrauerit orbem,
Valentinam pubem intra hæc mœnia cernes,
Te ſequentem per tot diſcrimina ducem,

Cervel. Beaſti me Cunia hoc nuncio:
Dij me perdant, aut terra mihi dehiſcat,

Si nõ faxim, hostes cras mihi in fugam conuerti.
Instructa sequente iuuenta.
Per oppidum spatiari libet,
Interea campanas pulsari iube,
Quarum intermissus fuit antea usus.
Rhedaria, et manuaria tormenta,
Fugientem hostem perterre facient.

Alua. O imbelles, o fungos Gallos,
Qui Cardonij, Cerucllonis,
Meas, plerasq; alias turmas
Metuerint, Bellumq; ciere
Tot millia paucis ueriti.

Procões. Vera prædicat Aluare,
Sed istud præ crastina fuga nihil.

Delphinus. Chorus.
Dux Aurelianensis. Mompesachus.

Delph. VT lætus est hostis discedentibus nobis?
Vt solito plus gaudet?
Gaudio pæne desipit
Insequitur uirorum clamor,
Tormentorum crepitus,
Et sonoræ campanæ uoces,
Cho. Non temere id hercle putes,
Receptæ sunt copiæ.
Nunc demum a Cæsare missæ,
Delph. Proh Iuppiter, non stratas nobis oportuit?
Cho. Oportuit, sed obscura nox uetuit.

Delph. Cur hosti quam nobis tempestiuior.
Visa est nox? cur cōmodior?
Cho. Scies per noctem nobis ipsis
Hostes pugnando fieremus,
Tum hostium numerus ignotus,
Dux. Nostrorum culpa,non hostis ui perimut
Proh Scelestißimos animos,
Quos pietas,fides nec laus ulla excitat.
Delph. Frustra querimur,frustra dolemus uicem nostram
Sic inferis,atq; superis uisum est.
Si armis capi poßet Pyrpinianum,
Nostris captum fuißet,
Haud quaquam Cæsarianis defendi poßet.
Momp. Nisi numina pro hostibus starent,
Nullatenus restitissent,
Pyrpiniani extemplo patuissent fores,
Cho. Aurelianensis dux culpam in nos transfert
Inscius quid fata ualeant,
Ingnota cui studia belli.
Delph. Æqui,boniq; consule
Chore fratris dicta inconsulto,
Quem recte sentire,dolor impedit,
Quo illo prudentior es,
Hoc æquiore fer animo.
Cedamus fatis,& magnis dijs,
Clairanum repetamus,
Vt ante dixi,ne forte Cæsar,
Vt cautus est,uim faciat ullam.
Illic,a metu liberi

In portu nauigabimus,
Illinc facilis in Galliam transitus.
Leucata, et proxima Narbo.
Salsusarum præsidium nihil intercipiet,
Haud quisq; egreditur foras.
Per littus arenosum
Nobis semper tutissimum iter,
Plurima per stagnum natante cymba
Abi,& armari socios
Quam celerrime iubeto,
Atq; sellis insterni equos.
Omnes laboribus intentos
Tubæ sonitum expectare conuenit.
Pareamus Delphino,
Cho. *Hæc armatis dicamus socijs,*
Alias uictoriam
(Si nobiscum est dabit Deus.

Rußiuo Venus

Ruscino. *MAgne Sator hominum deumq;,*
Qui mihi auus es Iuppiter
Maternus,quid mea In te
Gens potuit co mmittere tantum?
Quid ego? quid genitrix Venus?
Quid Pyrenæus ex quo
Me tua genuit nata?
Vt toties fœdanda sit
Immaniter hæc sacra tellus
Sanguine tuorum?
Nulla ne mortalium
Tangeris sollicitudine?

Nulla ne te mouet pietas?
An uera dicentium
Sententia? mundum
Nullo rectore moueri,
Sed solam naturam diei,
Et anni uices uoluere.
O deploratum hominum genus,
O miseranda propago,
Proh dolor infandus,
Si penitus obliuio
Gentis te cepit Diespiter.
Væ, uæ mortalibus,
Cesso iam mirari peßimas
Hominum mentes,
Temerarios Conatus,
Impudentiam, audaciam,
Animaduertendum facinus
Omne, sacrilegia,
Incendia, stupra, incæstus,
Furta, Compilationes,
Periuria, Sycophantias,
Asperrima odia,
Bella atrocißima,
Innumeras cædes,
Effrenam alieni ambitionem,
Non raras simultates.
Heu me, in nigrum candida
Verti ubiq; dicas.
Me miseram, nulla honesti,

Mentio, nulla recti obseruantia.
Ah ex uoto, non ratione
Viuitur, neminem terrent
Horrida, tenebrosaq;
Nigri regna Plutonis,
Nulla Erebi supplicia,
Non styx, Acheron, Phlegeton,
Cerberus triceps, Erynnes
Orci quæ in pallentis hiatu
Horrifico aspectu
Tristes accipiunt animas.
Doleo tamen omnium
Vehementer tristißima.
O iacturam Incomparabilem
Quæ nūq̄ resarciri queat.
Hoc peius habet miseram,
Hoc peius torquet, cruciat,
Et ut laqueo uitam finiam
Cogit, aut me aliunde
Precipitem dem, quod impune
Deuastata sit mihi sacra tellus
Nihil Ioue curante scilicet.
O Aestagellum æstiuus dudum
Mihi agellus amœnissimus,
Quo delectabar unice,
Si quando palatij facietas
Cœperat, irrigua tibi
Prædia fuerant, in quibus
Frugifera, ac uaria arbos

Consita fuit multis cum uinctis
Riuulus non illætabilis
Tua alluit pomœria;
Ex quo turtures mittebas sapidos;
Non uulgarem piscis speciem,
Per uirides fluminis ripas solebam
Festiuos exercere Choros;
Oreadum, Naiadumq́; sequente turba,
Mea magna uoluptas.
O tecta modo gratißima,
Vnde uirentes undiq; montes,
Animum laxans uidebam.
Proh dolor, quod non incelebre
Oppidum ante fuit, nunc solum,
Et quod ante agri deliciæ,
Nunc tesca incultaq; rura
Non absq; stomacho contemplor.
Quid non lamenter miserrima?
Cum cernam Ripas altas,
Oppidum mihi charißimum
Prostratum; unde mittebantur
Vuæ muscatæ quarum
Liquor suauißimus.
Heu misera, non defuit
Piano sua calamitas,
Cuius fatum deflete meßores
Siquidem multis annis
Negabit allia uobis,
Quæ cum serpillo, herbisq; olentibus

Contundebat uobis fumosa Neæra.
Æ æ iniquißima fata,
Quid fecit? aut commeruit
Celanca? Cereris ager,
Pingue solum, frugum mater.
Quid Clairanum? Clarus ager.
Fœlix ubere glebæ,
Vna domorum Cereris,
Nunc fœdißima caula.
Quid item proxima salo
Oppida multa humi
Marte iacentia duro?
Aerunnas ploro Hilla tuas
Quæ tui principis aula,
Et Hesperidum horti fueras
Ante bellum, Naiadumq; domus
Vincianum, Cornelianum, Pesilanum,
Bulam, Miliarios, Baxanum,
Villam longam, Canetum,
Stagno, concreto sale,
Pelagiq; littore celebratum,
Nec non sui principis aulam.
Toirium, Arulas salubri balneo,
Et duobus diuis florentes,
Ceretum, te quoq; defleo Volo
Thici meo uicine fratri,
Atq; alia oppida, pagos, castella,
Cypridis, Mineruæ, Cererisq; templa
Crudeli diruta bello.

Elna Illiberis magnæ olim urbis,
Nunc tenue uestigium,
Ponto, et proxima Thici,
Prisco nomine Obri, Iliberiq;.
Quem peperit Mineruа,
Falso credita uirgo,
Vertice quæ condita summo.
Haud, tanti expers mali fuisti.
Agri uiror perijt tui,
Villæ, tuiq; uici
Fœcundi, nec in amœni,
Heu me, igni conciderunt.
Et ni mea restitißet cura,
Actum de te, solumq; fores.
O frater cordi meo
Charißime Pyrpiniane,
Vita magis dilecte sorori,
Sola generis anchora nostri,
Quæ te moræ retardarunt?
Quæ negotia? Quæ causæ?
Quæ te tanta gentis cepit obliuio
Iuppiter? an tua genitrix
Ceres? an Pyrenæus pater
Te remoratus est?
Opemq; ferre tuis uetuit?
O durum patrium pectus,
O matris cornea fibra.
Vt uanum absq; clæmentia uestrum
Numen est, ut uana nomina uobis,

Si nunq; mortalia tangunt.
Heu mater dilectißima Venus,
Quid ego tristißima feci?
Aut quid Commerui mater?
Vt sic tibi deserta uidear?
Cognatis, dijsq; omnibus contempta
O me infortunatam,
Heu me Infœlicem,
O me omni destitutam consilio,
Heu genus fœmineum inauspicatum,
Diuis etiam ipsis inuisum.
O mater, mater non ita,
Ferreum tibi erat pectus,
Cum tuus ille Æneas,
Atq; idem meus Ilio
Ignibus flagrante graijs
Media ibat urbe furens,
Patriam seruaturus si licuißet
Per immota deorum fata.
Et cum Lybicas errabat
Per syluas loci ignarus
Vno comitatus Achate.
O mater nati miserata labores,
Miserere natæ
Tua poscentis numina,
Miserere natæ indigna ferentis.
Cur passa tuorum regna
Sic diriter dilaniari?
Compilari? Vastari?

Conteri equi ungula feri?
Incendi? dirui? conscindi?
Et ipsa diuum altaria
Cruenta demoliri manu?
Vittasq; attrectare sacras?
Heu Pyrpinianensia
Prædia, suburbanaq; tecta
Magnifica, ubi tales
Pannus sortiebatur colores
Quales suo natura addit operi
Vrbs in medio sita regno
Fratris opus, nomenq;,
Toto notissima mundo
Fratris Regia arcibus,
Et lapideo fortissima muro
Theli, et meæ aulæ propinqua,
Cuius ager patet undiq; ferax.
Væ tibi Ruscinonensis Arx
Pyrpiniano nimium uicina:
Mea regia, quam Phœbus
Erexit cum Neptuno.
Vnde patris Pyrenæi,
Naturæ ope et arte munita
Mea prospicio regna,
Sed heu sæpe renouatus dolor,
Heu fatum ineluctabile.
Erutas opes, cadauera,
Miserrimum, & lamentabile
Regnum aspicio mœrens.

Hic metatus est castra Gallus.
Delphino mea Regia Gallo
Vsui fuit, tectumq; prebuit,
Hinc fratris mœnia globis
Ferreis concuti crebris,
Hinc equitum turmæ,
Hinc delectæ phalanges
Imas ualles tenentes
Effundi meorum
Audaci agmine uiso.
Salsulas regni propugnaculum,
Præclarum Fernandi opus,
Toti notißimum orbi,
Hostium comprimere impetum,
Et audaces frenare animos
Heu frustra credidi.
O me male ominatam,
Parum profuit socios
Bellaces habere Hispanos,
Defecere omnes
Turbulento amici tempore,
Exceptis paucis, quos pudor,
Honesti ratio,
Amicitiæq; lex mouit.

Venus. *Nata quis indomitum furor*
Dolorem excitat? quid furis?
Galli abeunt uoti
Haud compotes sui.
Desine tandem macerari.

 116

Recipe animum obſecro.
Reſpira iam mea lux,
Nam tua mutata eſt fortuna,
Tuis ex animo precibus
Flexa crede numina,
Quibus omnia debes
Tuis lamentis, et noſtra
Voce uictus eſt Iuppiter,
Victi Mars et Bellona,
Qui non raro in hanc ſæuint oram,
Miſerorum enim ſtrage oblectantur,
Age nata mitte ſingultus,
Finem impone dolori,
Nam cedentibus hoſtibus,
Expectatione fruſtratis,
Exultandum eſt tibi, atq; tuis,
Portis bipatentibu,.
Vt quondam Dardanidæ
Soluti fuere gaudio,
Ficto Græcorum diceßu
Nulla eſt in noſtro conſpectu
Tenedos deſerti littoris,
Vbi dolo ſe condat gallus,
Nullus relictus eſt equus
Palladi donarium armigeræ.
Synoni quis iam credet uaphro?
Omnes iam ridere uideas
Malorum prorſus immemores,
Vitam dijs, tibiq; acceptam ferunt,

Qua contenti nihil mali
Contigisse sibi existimant,
Tu autem sola in syluis latens
Tristissima tuorum
Desles fata mœsta.
Lætare dulcissima nata,
Laxa animum nouo plausu.
Dolore dolorem non decet
Cumulare, et pol scitum est
In medio malorum
Quæ opus est, quemq; sapere.
Haud inclæmentia diuum,
Aut quod nihil terræ Numina *curent,*
Aut quod sim tuorum, oblita laborum
Hoc euenisse putes,
Nata mihi mellitissima.
Verum accipe paucis,
Nam summa sequar rerum fastigia.
Iuppiter omnium sator, rectorq;,
Cum Hispanos, *et* Gallos.
Coniunctos populos,
Capitali odio dissidere sciret,
Vt parta Gigantum *uictoria,*
Qui molem et montes insuper altos,
Posuerant Iouis *odio*
Quos terra procrearat
Pristinæ memor iniuriæ,
E tanto montium aceruo sumptum
Pyrenæum AEtnæ *fratrem,*

Cui coniunctus olim fuit,
Hos inter medium poſuit
Vtrumq; contingentem pelagus,
Monte regna diſpeſcuit diuite.
Sic cunctus harum gentium
Annis aliquot cecidit fragor.
Pyrenæus ſoli ſœlicitate
Captus, hanc prouinciam
Annuente Ioue, ſibi delegit,
Qua ſe oblectaret, ſolareturq;
Patrio abſens a ſolo.
Qui futuram uolens reſcindere litem,
Contiguo colle in arcum ducto
Clauſit oram, cui a fronte pelagus eſt.
Flumina, et limpidiſsimos fontes dedit,
Coliq; iuſsit gente feroci,
Superba, ſtudijs dedita belli
Vt clarum, et memorabile
Vbiq; ſuum prædicaretur regnum,
Et ne gens ſua ageret ocio,
Sed terræ, pelagiq;
Negotij pateret uia,
Poſt Collem Iliberis,
Vbi geminus eſt portus
Media conſtructa arce,
Eſt in ſeceſsu locus,
Quem rupes contra
Obiectu laterum
Efficit portum in quem

Per iniqua ſpacia
Pontus admittitur,
Statio biremibus
Fit ſemper fidißima.
Hic delubrum mihi ſacrum,
Hic arcem natura, et arte
Munitam ſcis, locus]
Meo de nomine
Aphrodiſius dicitur.
Dextrum tenet uallis
Seruaria latus,
Si medium ſpectes diem.
Hanc ego, ut ſoleo,
Cum inuiſerem ſedem,
Captus eſt forma
Pirenæus mea,
Qui te ex me ſuſcepit unicam.
Ea gratia hæc tibi
Sacrata eſt terra, ſacrataq;
Æternum fuerit.
Frater nondum tuus erat
Frugum prognatus dea.
Hiſpani, Galliq;
Gentem cum uideant tuam
Opum et agri ditißimam,
Fratris urbe, pecore.
Ferro, argento, auroq; præſtare,
Continuis uexant bellis
Regnandi libidine.

Pirpinianus tibi frater
Ferme moriens,
Aragonum Regi,
Cui fidebat plurimum,
Hoc regni, quodcunq; est, credidit.
Is terræ patronus,
Et defensor maximus

Ruscino. Ah mater uix prosunt tua dicta,
Cadunt sine pondere uerba,
Nam me grauis uincit dolor

Venus. Parum est, quod quereris
Dilectißima nata,
Resarciet tempus,
Instaurabit gentis industria.
Pingue solum, pecusq;
Ipsa, abero nunsq;
Age filia, mœrendi
Finem facito,
Mihi morem geras decet.
At hæc lachrimari quid?
Sapienti dolor
Vulnere maior non est,
Agedum, sequere me.
Tuam quando hostis abit,
Reuisamus aulam.

Ruscino. Hei mater tam cito,
Quid si hostis nostram
Adhuc occupat regiam?

Venus. Nihil est, ne id me latere putes,

Sunt dijs omnia nuda.
Sunt ob oculos.
Nihil deos fugit.
RUS. *Saltem illic omnia fœtent.*
Horrens ubiq; uultus.
Ornatus nihil est.
Scallent omnia.
Ne eo pergamus quæso mater.
VE. *Quid horum ad deos?*
Tu humano sentis nata more,
Adeamus, Nihil molestiæ sensuræ.

DELPHINI FINIS

Acta pridie Hilariorum.

ANtonio Traginerio, Fràcisco Mate ædilibus curulib⁹ egere PetrusMonerius. Ioànes Iosephus IVELLAR, FranciscusBallaro. Laurentius Riuus. Gabriel Vilar. Michael Renardus. Franciscus Basterius. Antonius Corcollus. Ioannes Massus. Ioannes Yelliles Narcißus Ialcenus Martinus Martini filius, Franciscus Senespleda. Gabriel. Maurell⁹. Orelles. Torres. et plæriq; alij fecere modos Tympanistæ Cæsariani, ædita Carolo ab Vlmis summo prætore, Fràcisco aLupiano quæstore regio Gau. Fontio Anto. Collo. Io. Sunierio Pe. Fabro et Marco Consulibus M.D.xxxxiij.

Ioannis Francisci Crosis Pyrpinianensis, Pyrpiniani, & totius Ruscinonis.

Τοπογραφία

EST locus antiquæ Rucinonis Pyrpinia.
Dicitur.urbs populosa,frequẽs ac clara [illegible]
AErumnis,canaq; fide,propriaq; recenti
Obsidione:potens armis opibusq; superba.
Nocturnis populi manibus,manibusq; diurnis
AEquuata ad summos dudum pomœria muros,
Efficiunt Martis nullo superanda labore
Mœnia:nulla opera,tormenti fulmine nullo.
Adde etiam subitos partim de cespite in usus
Moles,et partim solido de glutine turres
Extructas contra furiosi fulmina Martis.
Prætereo geminas arces,in uertice summo
Monticuli positas,Auster qua nascitur aura
Nnbifera,licet unde domos subiectaq; tecta
Despicere, et longo late rura omnia uisu.
Quid noua Lazarei castri surgentis ab ortu
Mœnia:confecit frustra quod Gallica castra,
Aggeribus terræ,& compacti roboris arce,
Dicam?aut quæ Mariæ portæ coniungitur arcem
Excelsam,durum Boreæ qua frigus adurit?
Huius in egressu, pigri trans fluminis oram,
Tecta suburbana in uicum porrecta,uetustum.
Christiparæ matris templum,præclaraq; claustra
Cœnobij fuerant Augustinensis,& horti,
Irrigui:quales habuisse Salustius olim
Fertur:siue Nero,Pompeius. siue Lucullus.
Nunc tantum quædam uideas uestigia:Mauors
Omnia crudelis subita delere ruina
Compulit:et tantas momento mittere in imum

Longæui sudoris opes, hominumq; labores.
Hic locus in latos fœcundi iugeris agros
Vndiq; Porrectus, pelagus, qua spectat ad ortum,
Contingit late: Pyrenæus cætera cingit,
In latus extractus sinuoso limite circũ.
Rupe super celsa, uicini ad littoris oram
Collibrij castrum dextra, fortißima turris.
Mœnia Salsuleæ Læua sub uertice montis,
Vicinæ coniuncta uiæ, qua regna petuntur
Gallica, colle procul contra Leucata supino,
Narbonensis agri castrum: inter utrũq; uadosa
Comunis sunt Stagna lacus, sunt flumina fontis
Salsulei, ubertim Saxis nascentis ab imis
Hinc Thicis, hinc Thelis fœlici flumine paßim
Arua rigant, uarios mittentes undiq; riuos.
Hic in conspectu, qua Gallica regna petentes,
Quadrata de rupe nouem pons traijcit arquuis,
Ille procul iuxta Pyrenæas flumina ualles
Deducens, a læua Elnensia proluit arua.
Arua, tridentiferi Neptuni proxima regnis.
Oppida sunt paßim, uillæ, castellaq; paßim,
Sunt paßim uici, quondam florentia: pene
Nunc prostrata solo uideas: certũq; minari
Interitum, propter furiosi incendia Martis.
Hinc, atq; hinc liquidi fontes nascuntur: ubiq;
Perpetui molli salientes murmure riui,
Per campos uirides, per rura feracia, & hortos,
Lætaq; funduntur pinguis per pascua prati.
Altera, si uideas, dices uel Theßala tempe.

Terra ferax pecudum:campis armenta,gregeſq;
Vberibus paſcens:& fœcundiſsima rerum
Cunctarum,humanæ uitæ quibus indiget uſus:
Huc igitur magno peditumq;, equitũq; tumultu,
Gallus tantarum captus dulcedine rerum,
Præcipue uini,tantam euerſurus opũ uim
Irrupit:ueterum credo de more Parentum.
Quos olim produnt doctorum ſcripta uirorum,
Iiſdem perculſos ſtimulis, Mauorte furenti
Inuaſiſſe Lares Italos:uaſtaſſeq; peſſum
Fœlicis regionis opes,& fertile regnum.
Tum uero ciues(neq; enim quid tale futurum
Sperabant,Galli uerbis fallacibus oris
Fidentes)trepidare metu:mox pectoris alti
Robore concepto,læti capere arma citato
Greſſu:tum muros nullo cuſtode relictos
Scandere certatim pars:et pars Marte ſecundo
Egredier muros,hoſteſq; fugare furentes.
Quanto animo,quantaq; fide repreſſerit hoſtem
Adiutus paucis ciuis,quantoq; labore
Fregerit inſidias,artes,aſtuſq;,doloſq;,
Si forſan curæ cognoſcere,cuncta Satorres
Carmine complexus tragico,tibi narrat abunde.

FINIS



IOANNI A CVNIA SVO Mecœnati Franciſcus SATORRES ſacrificus Balagarienſis S D

HABES mi Mecœnas noſtri amoris mutui teſtimonium mehercule uerißimum, quo quantum rebus bellicis ualueris minores noſtri & qui adhuc in medio uiuentiū agunt intelligent, hinc belli gerendi conſilia et quibus ſe defendere poßint, artem, modumq; omnes facile diſcent; ſi quid inconſulto dictum, te, aut quempiam fortaßis male habuerit, mihi ignoſci poſco, qui rem gratißimam omnibus facere ſtudeo. multa perperam ſcripta Typographorum ignauia, atq; inſcitia ne dicam mea fateor. SED quis hominum perpetuo uigil? a multis tamet ſi arguar, mordearue, nunquam enim deeſt qui detrahat, obſtrepet, ac dente canino rodat. NIHIL TAMEN uerebor, qui te Lentulum, & Mecœnatem habeam.

BENE VALE MI Lentule et Mecœnas maxime Barcinone decimo octauo calendas Auguſti anno a Chriſto nato. M.D. xxxxiij.

FINE